

LIBRARY OF
THE UNIVERSITY
OF ILLINOIS
FROM THE LIBRARY OF
CONTE ANTONIO CAVAGNA
SANGIULIANI DI GUALDANA
LAZZELADA DI BEREGUARDO
PURCHASED 1921



7-13-16

INSCRIPTIONES CREMONENSES UNIVERSAE

di Tommaso Agostino Vairani

PARS I.

INSCRIPTIONES VRBIS

Nihil potest esse dulcius iis, qui aliquam cupiditatem habent notitiæ clarorum virorum.

Corn. Nep. in Attico cap. 18.



EXCUDEBAT CREMONÆ

LAURENTIUS MANINI

Anno æræ vulg. MDCCXCVI.

PRAECLARIS SAPIENTIB. QVE
AD REGIMEN VRBIS CREMONAE
SELECTIS X.VIRIS (*)
DIFFICILLIMIS TEMPORIBVS
BENE DE REPVBLICA MERITIS
PATRIA MONVMENTA
INSCRIPTIONIBVS SERVATA
IN VNVM TYPIS EDITA
ANNO REIPUBLICAE FRANCORVM IV.
AERAE VVLGARIS MDCCXCVI.
THOMAS AVGVSTINVS VAIRANI
ORDINIS PRAEDICATORVM
D. D. L. M. D. N. M. Q. E.

(*) *Quum volumen prælo eductum X.viris ſiſtendum eſſet, accidit heſterno die 23. Pratilis (11 Junii) Aſſeſſorum mutatio quædam. Ii autem ſunt*

Praefectus Ignatius Maria Zucchelli j. c.	*Alii in partem curarum arcessiti cives.*
Hercules Perſichelli	Aloyſius Dati
Julianus Vacchelli Adv.	Julius Vaini j. c.
Franciſcus Rizzinius Adv.	Joſeph Piazza
Ignatius M. Carnevalius Adv.	Ignatius Pedratti
Aloyſius Buſſetus j. c.	Ignatius Malvezzi Albertoni
Joſeph Zaccaria	Franciscus Farina
Antonius Caſagrande	Joannes Cadolino
Aloyſius Porri Somenzi	Joannes Tarelli.
Joſeph Saglio	

Tituli Nobilium, Equeſtrium ordinum, et Feudorum, qui in libro ſæpiſſime occurrunt, ad ſuperiora tempora referuntur, quibus impreſſum opus fuit.

PRAEFATIO AUCTORIS

Ad Comitem Jo. Baptistam Biffium
Collegii JCtorum Comitum, & Equitum
& Insignis Ordinis s. Stephani Papæ, & Mart.

QUum monumenta Cremonenfium, quæ Romæ extant, variis lucubrationibus illuftrata anno 1778. edidiffem, ut nofti, Biffie Comes, & Eques ornatiffime, animo volvebam qua ratione poffem ftudium qualecumque meum, operamque conferre in colligendis, edendifque monumentis aliis quampluribus, quæ five domi, five foris pofita, civibus noftris intelligebam decus non exiguum, utilitatemque fore paritura. Sed quid tandem in tanta locorum diftantia præftare potuiffem, præfertim quum avelli ab aliis occupationibus non poffem, quibus diftinebar? Accidit vero non ita multo poft (quod recordari me non piget, aut dolet Horatii monitu Epift. I. *hic murus aheneus efto, nil confcire fibi; nulla pallefcere culpa*) accidit, inquam, ut decimotertio vertente anno, quo Quirinales ipfas ædes incolebam, antiquum illud vitæ quafi vinculum quoddam fubito abrumperetur, atque callida Minervæ, indignaque fuborta tempeftate in patriam iftam, ut natura ipfa duce femper optaveram, me tandem curis vacuum, velut in portum reciperem tutum, ac quietum. Initio levatus laboribus, otio, quod fors obtulit, indulgendum erat, temperato tamen, ut literas omnino non dimitterem, quæ ita comparatæ funt, ut viro philofopho oblectamentum femper aliquod afferant, & levamen. Interea comperi antiquitatis memorias, quæ infcriptionibus continentur, quotquot in noftra civitate extant, te jam colle-

 giffe,

giſſe, ac de iis aliquando in lucem ad æternitatem proferendis cogitare: qua tua voluntate in re tam gravi ſuſcipienda, tamque laborioſa, gaudebam quammaxime. Officiebant tamen Reipublicæ munera, quibus, vere dixerim, onuſtus detinebaris, ne propoſitum peragere commode poſſes. Hæc quum plane cognoſcerem, eademque in hac re voluntate ipſe eſſem, te confidentius adii, conſiliumque meum de edendis quamprimum patriæ monumentis aperui, quod ita probaſti, ut inſcriptiones omnes ex publicis lapidibus a te ipſo diligentiſſime tranſcriptas, mihi ſine mora, libenterque tradideris. In hac eadem re multum laboris impenderat ex noſtris Joſeph Allius miro in res patrias flagrans amore, & ſtudio. Hic tua illa collectione ſuam perfecit, ut ad Cremonenſium monumenta fideliter edenda major diligentia optari non poſſe videatur. Ut tamen omnem vel levem, quæ in his oboriri ſolet, dubitationem abiicerem, lapides ipſos conferre ſtatui, quod in dies, loca omnia luſtrando, ad finem commode perduxi. Quamvis vero inſcriptionibus imprimendis manum admoviſſem, intelligens in tanta, quæ accidit, lapidum diſtractione, tempus rei efficiendæ non eſſe dimittendum, tamen ab incepto ſuperſedendum fuit. Gaudeo modo id factum bene, quum certior fieri quiſque poſſit, me non, differendo, negare, ſed opus diligentius, accuratiuſque prælo committere voluiſſe.

Gratum civibus noſtris ſpero laborem hunc futurum, quem omnibus delectationem quamdam, utilitatemque parere, patriæ vero claritatem, ignorare neminem puto. Diſputatum diu eſt, Numiſmatica ne, an Lapidaria monumenta primum ſibi locum vindicent. Ambo ſunt equidem magno in pretio habenda: ſed apud eruditos duce cl. Marchione Maffeo Veronenſi, qui primus rem penitius inſpexit, inſcrip-

tiones

tiones tandem majorem ſibi famam dignitatemque compararunt, chronologiæ, & hiſtoria utiliores. Plura hoc loco diſſerere non eſt neceſſe, quum de urbe, privatiſque familiis res agatur, quibus ſuorum chronologiam, præclare geſta, illuſtres viros, aliaque ſcitu digna inſcriptiones tuto, ac ſinceriter produnt.

Jam vero qua ratione Inſcriptionum Cremonenſium editio, quod caput eſt, ordinate diſponi, & commodius poſſet, ſtatuendum erat. Sunt quibus arrideat collectio Romanarum inſcriptionum, quas Petrus Aloyſius Galletti monachus s. Benedicti in claſſes viginti diſtributas edidit Romæ publicis ſumptibus anno 1760. generali ſolum adiecto nominum, & locorum indice. Alii chronologice rem conficiendam ſentiunt, videlicet ſerie temporum ſervata, præcipue ſæculorum. Alii tandem ita ſtatuunt, illuſtriores lapides, cæteris ſpretis, in lucem eſſe proferendos, atque eruditis lucubrationibus texendam, quoad fieri poteſt, civilem, vel literariam, vel eccleſiaſticam hiſtoriam.

Tres mihi convivæ prope diſſentire videntur
Poſcentes vario multum diverſa palato.
Quid dem, quid non dem? Renuit unus quod jubet alter,
Quod petis, id ſane eſt inviſum acidumque duobus.

Hor. Ep. 2. lib. 2.

Res eo devenit, ut talis habeatur Cremonenſium monumentorum editio, quæ conciliare diverſa ſentientes, & placere aliqua ratione ſingulis poſſit. Initio ordo Cremonenſibus aptior mihi videtur, & apertior, ſuas quibusque locis inſcriptiones referre, quæ parvo, quum ubique ſint numero, non urget temporum ratio, eo magis, quod locis eiſdem ſeparatim aſſignandi ſunt lapides antiquiores, qui temporum injuria conſumpti vel deperditi amplius non ex-

tant. Hoc locorum ordine fit, ut de locis ipsis in indice cellectis notitias antiquitatis occasio ipsa moneat exhibere. Ut autem notitia clarorum virorum non sit hac illac in corpore inscriptionum expiscanda, sequitur post generalem indicem alphabeticum catalogus eorundem in septem classes distributus, quibus continentur summi PP., Principes, Cardinales, Episcopi, Vicarii Generales, Præpositi mitra ornati, Senatores, Milites, literis, scientiis, poesi, medica facultate, & jurisprudentia illustriores viri, ac demum ipsi artium periti in inscriptionibus memorati.

Antiquos lapides, quos dixi temporum injuria consumptos, vel deperditos, moneo a scriptoribus esse mutuatos, qui illos servarunt, vel ab antiquioribus mss. acceperunt. Præcipui sunt Joseph & Franciscus de Bressianis, Buschettus, Bordigallus, Arisius, & singularis codex sæculi XV. qui ex bibliotheca Marchionum de Picenardis dono transiit ad nob. Julium Cæsarem Bonettum doctrina, prudentia, aliisque titulis cl. virum. De horum mss. fide nemo dubitabit, qui noverit quamplurimas in iis collectas inscriptiones etiam num extare, quibus collatis, nulla verborum, vel temporum mutatio reperitur.

Res gestæ ex inscriptionibus depromptæ partem constituunt historiæ non exiguam. Excerptas igitur ab iisdem ita disposui, ut uno intuitu pateat quando, & a quibus recte facta executioni sint demandata. Titulis septem omnia continentur ordine quodam, ne rerum varietas confusionem pariat, & satietatem. Sunt autem ædificia, sacella, altaria, legata missarum, jura patronatus, pia devotionis officia, eaque omnia, quæ rem ecclesiasticam, & Rempublicam juvant. Ne quid vero desit, quod editionem etiam curiositati reddat acceptam, accedit alphabeticus index eorum, qui aliquid egerunt ipsa inscriptione teste.

Hanc

Hanc potiorem Inſcriptionum Cremonenſium partem, dum excuſa eſt, in lucem proferre ſtatui, earum non immemor, quæ in Cremonenſi provincia habentur, & in aliis, præſertim Italiæ urbibus, quæ dum coguntur, dum plectuntur, dum cuduntur, annus erit.

Quum primum vero animum ad hæc latine ſcribenda appuli, non id mihi negotii dari putavi, ut aliis mea ſcripta placerent, ſed ut aliquam afferrent civibus noſtris voluptatem, quam hiſtoriæ monumenta parere ſolent. Parum intereſt quo animo accipiatur opus, quove guſtu ab iis qui nodum etiam in ſcirpo quærunt. Antiquitatem veneratur & ipſa critices ars; ſed quæ recens ſcripta eduntur, incolumi auctore, non bene olent naſo multorum. Genus quoddam eſt ab Horatio notatum Ep. 1. lib. 2., quod

. . . . . . nifi quæ terris ſemota, ſuisque
Temporibus defuncta videt, faſtidit, & odit,

cui concinit Ovidius

Scripta placent a morte fere, quia lædere vivos
Livor, & inviſo carpere dente ſolet.

La raiſon en eſt toute prête.
En merite, en eſprit, en bonnes qualités,
On aime mieux
Cent morts au deſſus de ſa tête,
Qu' un ſeul vivant á ſes côtés.

Sed te fortaſſe longo nimis, ineptoque ſermone moror, Biffie Comes ornatiſſime, quum probe ſciam, tecum agendo Regio ſtudiorum Moderatore, & litterarum, ac eruditionis amatore, doctis lucubrationibus opus eſſe. Id unum te allicere poſſe confido, tuum ſcilicet in res patrias ſtudium, & in monumenta antiquitatis, quibus maxime delectaris. Poſtremo habes aliquod obſervantiæ erga te meæ teſtimonium.

Lec-

LECTORI BENEVOLO

INscriptiones patrias hoc volumine collectas tibi præsens exhibeo, amice Lector, rogans, ne tibi aliquando mente excidat, meum non esse illas illustrare, sed edere, *atque ita rem conficere, ut adnotationibus, & indicibus facile, quod placet, valeas reperire. Hac ratione comperies me lautius, quam necesse erat, agere voluisse, tantum abest ut quis grandem mihi dicam, vel jocando impingere valeat. Probandum sane, quod sentiunt eruditi, non nude vulgandas, sed utiliter illustrandas inscriptiones, quæ viam ad historiam aperiunt, & temporum rationem dirigendo facta & eventa memorabilia tuto nobis produnt. In hac nostra Cremonensium Inscriptionum collectione extant ejus generis sane multæ. Attamen instituti mei ratio id solum hoc loco postulat, ut collectionem ipsam, quoad potui, integram civibus exhibeam, qua simul eruditionem quamdam uno intuitu comparare valeant, & veterum suorum chronologiam, claritatemque perspectam habere. Romanas ipsas edidi, quamvis nullam chronologiæ notam præ se ferant, quæ præsertim consulatibus indicabatur, neque historiam, nisi levi quadam superficie, attingant. Utilitate tamen præstant, quam sentiunt stili lapidarii studiosi, quorum opera excitatur latii elegantia, dictionum sensus aperitur, verborum, quibus utendum est, vis & proprietas commendatur, & quæ redundant, exulanda præcipiuntur.*

Sigla, quæ passim in inscriptionibus occurrunt, lectorem morantur aliquando. De his tamen sermonem instituere non magni interest. Facile intelliguntur quamplura vel ab inscriptionibus romanis deprompta, vel usu probata. Quæ arbitrio auctoris posita novitatem habent, assequimur quandoque, cognitis quæ circumstant: sæpius tamen divinando verba damus. Insigne Baptistæ Plasio erectum monumentum in sacello s. Nicolai apud Augustinenses habet in supercilio literas A. L. C. V. M. A. A. T. (*num.* 489.). *Petenti quæ in his celantur siglis verba, reponerem illud Terentii,* Davus sum non Oedipus. *Qui vero noverit ex Arisio to.* 1. *pag.* 258. *Blancam Mariam Vicecomitem* ab Agnete ex nobilissima Mainorum familia ortam, *sigla* W. *inverso modo, & P. Q. in lapide* 2219. *posito postquam decesserat, leget* Maina parente quondam, *aliaque* M. F. C. memoria fieri curavit. *Est & altera inscriptio posita Aloysio de Benavides num.* 2167. *quæ desinit cum siglis quinque,* GRAMINIAM CORONAM (*Cremona eidem*) DM. Q. S. P. *scilicet* domumque sepulcralem posuit: *domus enim pro sepulcro non raro occurrit, & stilo convenit hujus inscriptionis. Altera num.* 1445. *habet* JO. BAPT. STANGÆ JURIS ɔ. EQ. OR. V. B. F. *Peregrinus Merula* Santuario di Cremona *pag.* 21. *scribit,* In questa Parrocchia (*Cattedrale*) fu già molt' anni introdotto un Ordi-

ne

ne ſotto il titolo della Beata Vergine de' Frati, ovvero de' Cavalieri di s. Gaudenzio. *Igitur verba inſcriptionis ſunt* juriſconſulto equiti Ordinis Virginis Beatæ Fratrum. *De his hactenus, ne ſatietas fieri incipiat.*

Majus negotium faceſſunt lacunæ quas habent attriti frictione lapides, vel temporum injuria confracti, & deleti. Compertum tamen eſt apud eruditos ſenſum componi, & lacunas ipſas inſcriptionum impleri poſſe, regulis quibusdam appoſitis, præcipue (ut de ſiglis diximus) ex hiſtoria. Hæc quæ ab inſcriptionibus lumine perſunditur, lumen viciſſim inſcriptionibus intelligendis præbet. Alterius ſic altera poſcit opem res & conjurat amice. *Sunt etiam qui lumen ex aliis inſcriptionibus mutuantur, & non ſolum ſigla exponunt, verum etiam verba frictione fere attrita feliciter ſupplent. Quæ in hac noſtra collectione his adjumentis opus habent inſcriptiones, non multæ ſunt, nec magni momenti. Has, ſi dabitur occaſio, non renuemus explicare, atque deficientes ſupplere.*

Reſtat ut hujus editionis ſplendori aliquid deeſſe tibi, candide Lector, aperiam, quod eruditis, & bonarum artium amatoribus pergratum eſſet, quodque ego optare vehementer valeo, efficere non valeo. Habes fortaſſe me animo revolvere, opus non parum ornamenti accepturum fuiſſe, ſi æreis tabellis inſculpta pandere potuiſſem monumenta præſtantiora, & familiarum inſignia, quæ ſtemmata vocant. Fertur in primis marmorea quatuor columnis ſubnixa urna, egregii ſculptoris opus in Templo s. Laurentii, & altera olim a March. Jo. Bapt. Trecchio erecta nobiliore ſcalpro elaborata in Templo s. Agathæ. Non minus æſtimanda ſepulcralia quæ extant monumenta in Templo maj. s. Dominici, s. Auguſtini ec.

Stemmata, ſeu inſignia familiarum quo in pretio ſint habenda proditum eſt ſcriptis eruditorum, qui de inſignibus gentilitiis (blaſone *) pertractarunt. Res complecti hoc loco paucis non poteſt. Qui hujus argumenti gravitatem aſſequi cupit, opuſculum legat Celſi Cittadini Senenſis* Antichità delle armi gentilizie *græca præſertim, latinaque eruditione refertum Lucæ editum anno* 1741. *cum adnotationibus Joannis Hieronymi Carli. Lapides, quos edidi, ſtemmata familiarum inſculpta exhibent fere omnes. Hujus meæ editionis gratia indicare quod optimum eſt, liberum duco. Verum tantus libri ſplendor, non auctoris ſtudio & labore indiget, ſed, qua eruditi, & literati viri carere ſolent, divite crumena. Vale.*

Vo-

Vocabula Architecturæ ædificatoriæ
quæ in hoc libro occurrunt
commodo multorum italice reddita.

Acroteria. *Attico* ſopra l' ordine, ovvero *ordinetto*.

Alæ. *Ale* Parti lungo i muri principali.

Albarium opus. *Stucco*.

Anaglypta. *Baſſorilievo*.

Archetypum. *Originale, diſegno, modello*.

Apſis. *Ultima parte comunemente curva nelle Chieſe*.

Areoſtylos. *Ordine di colonne, che hanno libero paſſaggio da ogni parte*.

Cincinni. *Cartocci, Curve, Fogliami*.

Cavædium. *Cortile*.

Diaglypha. *intaglio profondo*.

Epiſtylium. *Architrave, o fregio*.

Fornicatum tectum. *Tetto a forma di Volta*.

Fornix. *Volta*.

Graphis. *Pennello*.

Odeum. *Cantoria*.

Pila. *Pilaſtro*.

Pila ſtructilis. *Pilaſtro di mattoni*.

Stylobata. *Piedeſtallo*.

Supercilium. *Sopraliminare*.

Teſſelatum opus. *Interſiatura, o moſaico*.

Tholus. *Cuppola, o Lanterna*.

Teſtudo. *Volta a Croce, o a vela*.

Tetraſtylos. *Luogo che ha quattro colonne*.

INSCRIPTIONES CREMONENSES



PARS PRIMA

INSCRIPTIONES URBIS



QUÆ EXTANT IN TEMPLO MAJORE.

I.

Humi

D. O. M.
ÆTERNITATI
DIC QUI PRÆTERIS
BENEDICTIO DOMINI SUPER D. ALEXANDRUM CAMPIONUM
QUI VIVUS
PRO PHILIPPO *IV.* HISPANIARUM REGE
PRIMARIUS IN ITALIA BELLI MATEMATICUS
MILES IDEM ET SACERDOS
PIETATEM CASTRIS DEDIT
MORTUUS
XENODOCHIO S. ALEXJI EX ASSE HÆREDE CONSTITUTO
AC IN ÆVUM INSTITUTO SACRIFICIO QUOTIDIANO
AD HANC D. BENEDICTI ARAM
MILITAT PRO PIETATE
TANTI CONCIVIS GLORIA NE RUAT
FRANCISCUS MARIA CARENA PHIS. COLL. COM. ET EQU.
JO. PETRUS BARBOVIUS ALEXANDER FERRARIUS
GASPAR DE MAYNO MAR. MENDICANTIUM PATRONI
CUM CYPRIANO ROTA EXECUTORE TESTAMENTARIO
UT EX TABULIS JO. BAPT. SUPERTI
SUB DIE XXV. MENS. NOVEMBR. AN. MDCLIII.
MARMORE HOC MUNIERE
ANNO MDCLXX.

2.

In columna

D. O. M.
FRANCISCO MAJNARDO PATRUO CATHEDRALIS CANONICO
JO. ANT. PATRI CREM. DECUR.
ALPHONSI MAJNARDI REGIJ MEDIOLANI SENATORIS FILIIS
MARCHIONISSA CLAUDIA MAJNARDA ALA
ULTIMA NOBILIS MAJNARDÆ FAMILIÆ SUPERSTES
ÆTERNI DOLORIS MONIMENTUM
ANNO SALUTIS MDCXCII.

3.

In columna.

D. O. M.
PETRUS MARIA VAROLUS PATRITIUS
CREM. CUM IN OMNI VITA
SANCTISSIMAM VIRGINEM MAXIMA PIETATE
COLUISSET
MORIENS SINE LIBERIS
HÆREDES SCRIPSIT FABRICÆ PRÆFECTOS
HUIUS AUGUSTISSIMI TEMPLI
EIDEM VIRGINI DICATI
UT COMMODIUS ILLUD TUEANTUR ET ORNENT
HIC TUMULARI VOLUIT
QUOD BENEFICIUM SUMMA LAUDE DIGNUM
ET IMITATIONE
PRÆFECTI PIA MEMORIA PROSEQUENTES
UT EI AD SALUTEM PROSIT ORARI ET
HUNC LAPIDEM PONI CURARUNT
AN. SAL. MDCXXI. CAL. DECEMB.

4.

Humi.

D. O. M.
JOANNES BAPT. FIL. Q. JOANNIS FRANCISCI
PVERARI NOBILIS EX DECVRIONIBUS
CREMONÆ
PER DECENNIUM HVJVS CATHEDRALIS CIMILIARCA
PER QUADRAGINTA ANNOS COLLEGIATÆ INSIGNIS
PRÆP. S. S RI LOCI SUSPIRIJ RESTAVRAT.
ET DEINDE CAN. TIT. S. MARCI EVANGELISTÆ
TVMVLARI VOLVIT
HIC TANDEM
HAC DIE XII. DECEMBRIS MDCCV.

5.

In columna.

MARCHIONISSÆ CLAVDIÆ THERESIÆ
ALPHONSI REGIJ DVCALIS SENATORIS
EX PATRE VNICÆ NEPOTI
NOBILIS MAINARDÆ AGNATIONIS VLTIMÆ
ET EX ASSE HÆREDI
PIETATE SINGVLARI ERGA PAVPERES ET CŒNOBIA
PROFVSISSIMÆ FAMILIÆ ALÆ APPRIME MERITIS
ANNO MILLESIMO
SEPTINGENTESIMO DECIMO QVINTO
ÆTATIS SVÆ SEXAGESIMO
SEPTIMO IDVS OCTOBRIS EXINCTÆ
MARCHIO NICOLAVS ALA CONJVX SVPERSTES
GRATI ANIMI PERPETVI AMORIS ET DOLORIS
MONIMENTVM POSVIT.

6.

Sepulcrum in pariete.

FRANCISCUS SFONDRATUS HIC ADQUIESCIT
BAPTISTÆ ILLIUS FILIUS QUI SENATOR
ET CONSILIARIUS LUDOVICI SFORTIÆ
VALDE CLARUS FUIT OB MULTAS NOBILES
LEGATIONES QUAS MISSU IPSIUS OBIIT
AD OMNES ET REGES ET ILLUSTRES RESPUBLICAS
HIC COMES LITTORIS LARIJ AD ORIENTEM
VERGENTIS BAROQ. ASSINÆ VALLIS
OB EGREGIAM FIDEM PRUDENTIAMQUE
IN REP. ADMINISTRANDA
ET OB ADMIRABILEM INTELLIGENTIAM JURIS
A CAROLO ALOBROGUM DUCE SENATOR CREATUS EST
POSTEAQUE A FRANCISCO *II.* INSUBRIUM DUCE
IN ORDINEM SENATORIUM MEDIOLANI
ADSCRIPTUS
IN EA DIGNITATE A CAROLO *V.* IMP.
CUM IN IPSIUS DITIONEM CIVITAS REDIISSET
RETENTUS FUIT AUCTUSQUE
CONSILIARII GRADU MORTUA VERO UXORE
ANNA VICECOMITE LECTISSIMA FŒMINA
AB EODEM SUMMA CUM POTESTATE SENAS MISSUS EST
UT EORUM REMP. DISCORDIIS VEXATAM CONSILIO SUO
REGERET
A QUIBUS OB EGREGIA IPSIUS MERITA ET CIVITATE
DONATUS EST
ET PATER PATRIÆ APPELLATUS
POSTEA ROMAM A PAULO *III.* PONT. MAX.
EVOCATUS
IN GERMANIAM PAULO POST MISSUS FUIT
AB EODEMQUE IN AMPLISSIMUM CARDINALIUM
ORDINEM COOPTATUS
AD CAROLUM *V.* IMP. MAGNIS DE REBUS
LEGATUS EST
ORNATUS DEMUM SAPIENTISS. ACCERRIMIQ. JUDICII
SENE OMNIBUS HONORIBUS QUIBUS SUMMI
ANTISTITIS PERSONA DECORARI POTEST
MORTEM OBIIT *ANNO MDL.*
CREMONÆ PATRIAE EPISCOPUS
NICOLAUS ET PAULUS EXIMIA PIETATE PRÆDITI FILIJ
HOC MONUMENTUM
P. P.
VIXIT *ANNOS LVI. MENS. IX. DIES VII.*

7.

In columna.

D. O. M.
FABIVS FABALLVS SECRET. MAGISTRATVS
ORDINARII MEDIOLANI
TERRENA TANDEM CVNCTA INANIA EXPERRECTVS
HOC SACELLO SE CONDI CVRAVIT
ILLVDQVE REDDITIBVS AVXIT AD CVLTVS
AVGMENTVM DIVINI
MDCXXIII.

8.

In pariete.

D. O. M.
ALEXANDER CRVCEJVS MARCHIO
MLNI NOBILITATEM VETVSTISSIMAM
LEGVM LAVREAM
SVPREMÆ CANONICÆ PRIMATVM
HABVIT
ROMÆ SVM. PONT. PRÆLATVS DOMESTICVS
ADFVIT
CREMONÆ *ANNIS VII.* EPISCOPVS PRÆFVIT
LABORE INVICTVS MORBO DEVICTVS
ANNO AB ORTV DÑI *MDCCIV.* A SVO *LII.*
DIE XXIII. SEP.
VITA DECESSIT NE DECEDAT MEMORIA
ABBAS D. JACOBVS C. R. L. ET EDVARDVS
VRB. MIL. DVX FRATRES MŒSTISS.
P.

9.

In pariete.

D. O. M.
CAROLVS OCTAVIANVS GVASCVS
REGIÆ SCALENSIS ECCLESIÆ PRÆPOSITVS
ALEXANDRINVS INDE CREMONENSIS EPISCOPVS
RELIGIONEM CHARITATEM ZELVM VIGILANTIAM
CÆTERASQVE VIRTVTES PRÆSVLE DIGNAS
QVIBVS VIVENS EXCELLVIT
CORONANDAS IN CŒLIS PRÆSENTAVIT
FESTO PRÆSENTATIONIS BEATISS. VIRGINIS
ANNO MDCCXVII.

10.

In columna.

D. M.
JO. FRANCISCO
CLOCIO CIVI CREMONENS.
HVJVS ECCL. OPT.
MERITO VIRO SVMMA
PIETATE ET SINGVL.
VITÆ INNOCENTIA
ORNATO.
CANONICI IPSI
AD SEMP. BENEFICII
ACCEPTI MEMORIAM
RETIN.
P. P.
OBIIT *ANN. JUBILEI MDLXXV.*
PRID. ID. DECEMB.
ÆTATIS SVÆ *LXII.*

11.

Humi.

PER MODVM TRANSEVNTIS
JO. BAPT. GVAZZONO
FRATRI SIBIQVE
ALEXANDER HVIVS ECCLESIÆ
ARCHIP.
M. P.

12.

In æneo Stylobate ad Aram D. Benedicti.

BARTHOLOMÆVS REBELLINVS
MEDIOL. CONFLAVIT
MDLXXXXV.

13.

Humi.

CHRISTOPHORVS BARBABELLVS
PETRO ANTONIO NEPOTI SIBIQVE
ET POSTERIS SVIS CONSTITVIT
- - - - - - - - - - - - - - -

14.

In pariete.

PETRO
ISIMBARDO
AVIS ET MERITIS PARI
E SACRO CARMELO
AD CREMONENSEM ECCLESIAM
EDVCTO
ZELI FLAMMIS QVAS AB ELIA SVO
ACCENDIT
IN TRIVMPHALEM CVRSVM SIBI
FORMATIS
V. CAL. OCTOB. MDCLXXV. CŒLOS
INVECTO
MARCHIO D. PETRVS ISIMBARDVS DOLENS NEPOS
PEREN. AMO. MON.
P.

15.

In pariete.

D. AVGVSTINVS ISIMBARDVS
EX ABBATE CASSINENSI
EPISCOPVS CREMONENSIS
SEDE DIGNISSIMO FRATRE VACVVA
PARIBVS MERITIS IMPLETA
GENERIS ET ORDINIS SVI NOVVS PHŒNIX
CINERIBVS IN HAC VMBRA RELICTIS
IN OCCIDVVM VOLAVIT AD SOLEM
IV. NON. JUNIJ MDCLXXXI.

16.

In columna.

IGNOTO NON
SED ABSCONDITO DEO
HAC ÆDE CLARIORE REDDITA
C. C.
AL. MAI. J. C. C. ET E.
JO. PETR. AFFAIT. MARCH. GRVM.
PAVLVS DATVS
ANDREAS RONCADELLVS
CÆSAR SCHINCHINELLI MARCH.
BARTHOL. ARIBERT. MARCH.
ET LIB. BARO IMP.
NOMEN. OMEN. ET OPERAM
NON SIBI
D. D. D.
MDCXXXIIII.

17.

Ænea tabula in columna antę ſacellum max.

PICTVRAS OPERIS ANTIQVI
TEMPORE DETRITAS
NOVA GRAPHIDE INTERPOLANDAS
VIVIRI SAC. ÆDIB. REFIC.
CVRAVERE
ANNIS CHRISTIANÆ ÆRÆ
MDCCLVII.
ET
MDCCIIL.

18.

Ibidem.

SSMÆ V. MARIÆ POPULI PATRONÆ
CRVCIFIXI JESV EFFIGIAS
DIVUM TVTELARIVM RELIQVIÆ
AD TEMPLI STRVCTVRAM
PRÆ CÆTERIS ACCOMMODAS
SEX VIRATVS DECRETO TRANSLATÆ
ANNO JUBILEI MDCCL.

19.

In Ara maxima.

CLEMENTE *XI.* PONT. MAX.
ALEXANDER LITTA AVSPICIIS
CREMONENSIS EPISC. CONSECRATVS
AN. MDCCXVIII.
CLEMENTE *XII.* PONT. MAX.
ARAM HANC MAXIMAM
SOLEMNI RITV
NOVISSIME CONSECRAVIT
AN. MDCCXXXI.

20.

Ibidem.

D. O. M.
DEIPARE MARIÆ VIRGINI
DE POPVLO NONCVPATÆ
PATRONÆ CLEMENTISSIMÆ
SVPREMÆ OMNIVM REGINÆ
CVI IN CŒLVM ASSVMPTÆ
TEMPLUM HOC DICATVM
AD VTRIVSQVE SPLENDOREM CVLTVMQVE
AVGENDVM
ARAM MAXIMAM
ELEGANTI PEREGRINI LAPIDIS VARIETATE
OPEROSA AERIS ET AVRI CŒLATVRA
MAGNIFICENTIVS DE NOVO CONSTRVCTVM
FABRICÆ PRÆFECTI ANNO 1729. ET 1730. NOB. DD.
HORATIVS DE MAXIMIS DE ROMA J. C. C.
GASPAR MANARA JO. PETRVS BARBO' UR. MIL. T.
JO. BAPT. PVTEVS J. C. CO. CAP. JO. BAPT. FERARIVS
FRANCISCVS MARIA ALLEVS DVLCIVS
INCOHARVNT
EJVSDEM PRÆFECTI ANNI 1731. ET 1732.
NOB. DD. CO. CAP. JO. BAPT. FERRARIVS
FRANCISCVS MARIA ALLEVS DVLCIVS
JO. BAPT. CAVTIVS MARCHIO JO. BAPT.
BARBO' MARCHIO ANTONIVS ZVCCHELLVS
PERFECERVNT.

21.

In lateribus sedum lignearum Chori.

ACCIPE VIRGO TVÆ CONSTRVCTA SEDILIA LAUDI
PRO QVIBVS OPTATVR NIL NISI VERA LAVS
SEDENTE ILLMO. ET REVMO. ASCANIO MARIA
S. VITI DIAC. CAR. SFOR. VICECOM. BONON. LEG.
DIVI FRANC. SF. FILIO
HVJVS SEDIS ADMINISTRATORE PERPETVO
ZANARDO BAGAROTTO J. U. D. VICARIO ET
CANONICO AC EXISTENTIBVS PRÆLATIS ET
CAN.

ALEXANDRO PELLIZZARIO ARCI.
GVIDANO PIASIO DECANO
JOVANNE ALIA
JO. FRANCISCO CARMINATI
DONINO BVRGIO
JO. PETRO EVSTACHIO
JO. MARIA COMITE
BARTOL. MONTINO AP. PROT.
AC SS. D. N. CAMERARIO

ALBERTO CAPITANEO J. U. D. ARCIDIAC.
JACOBO CAZVLO CANTORE
ISAIA RASTELLO
PAVLO CROTTO
ANTONIO BONITIO
NICOLAO CARENZONO
JO. BAPT. PELLIZZARIO
JO. ANT. ORPHEO APOST. PROT.
PHILIPPO TINCTO DECRETOR. DOCTORE

OPVS PERFECTVM NON HVMANIS MANIBVS
SED DIVINIS ARTI.
PLATINA JO. MA. NOVUS INGENIO PHIDIVS
IN QVO EGREGIVM OPERE FABRILIS
SPECIMEN PRODIDIT
MCCCCLXXXX. KAL. NOVEMBR.

22.

MCCCCLXXXVIIII. HOC ANNO ET TEMPORE
INCLITA HAS SEDES VIDET CREMONA JOHANNES REGNAT
DVX GALEAŽ LVDOVICVS REGNI MODERATOR
EST ÆQVISSIMVS VRBIS ASCANIVS PRÆSVL RENATVS
PROCONSVL TRIVLCIVS VIRGINIS PROVENTVS ELECTI
CIVES REGVNT JO. BAPT. MALVMBRA J. U. D.
JACOBVS TRECCHVS RVBERTVS GVAZZONVS
FABER JOHANNES MARIA PLATINA FINIT OPVS

23.

In fronte Odei.

PETRO MART. PONZ. COM. ET J. C.
JO. BABT. PERSICHELLO CAPIT.
ET ANIBALE GVLFERAMI
FABRICÆ PRÆFECTIS
INCOHATVM
MDLXII.
LVD. AYMO JVR. CONS. EOD.
CAP. JO. BAPT. PERSICHELLO
ET JACOBO BAGAROTTO
PRÆFECTI FABR.
PERFECTVM
ANN. MDLXIII.

24.

In altero Odeo.

JO. JACOBVS TVRRESINVS J. C.
JVLIANVS FOSSA ET PETRVS
ANT. FERRARIVS FABR. PRÆF.
EXTRUENDUM
ANNO MDLVII.

25.

Humi.

DILECTVS DEO ET HOMINIBVS
ALEXANDER LITTA
ARCHIEPISCOPVS NAVPAC.

26.

In pariete Sacelli B. V. Mariæ a Populo cum protome.

ALEXANDER LITTA PATRITIVS MEDIOLANENSIS
TER DENOS VLTRA ANNOS
CREMONÆ EPISCOPVS
IN OMNIBVS PAR SIBI ABDICANDO MAJOR SE IPSO
DELECTO EX CREMONÆ PATRITIIS SVCCESSORE
ARCHIEPISCOPVS NAVPACTI ELECTVS
EMERITVS SENEX ÆTERNA COGITANS
EXIMIVS DEIPARÆ CVLTOR CREMONENSIVM AMATOR
QVOD SVI RELIQVVM ERAT
HIC DEPONENDVM JVSSIT
VIXIT ANNOS *III.* SVPRA *LXXX.*
OBIIT *IV.* NONAS MARTIJ
MDCCLIV.

27.

In Epiſtylio Aræ S. Michaelis cum ſtemmate gentilitio.

JO. BAPT. DANIELQVE ET JO. PETRVS
HALÆ FR.
UT MAJORVM SUORVM ADJACENS
SEPVLCRVM
PRO FORTVNIS HONESTARENT
SACELLVM IN HANC QVAM VIDES SPECIEM
COMVNI PIETATE JVXTA EREXERE
ATQVE PERPETVÆ CŒLESTIS PROPVGNATORIS
TVTELÆ COMMENDARVNT.
MDLXV.

28.

Sepulcrum in pariete ad eandem Aram.

D. O. M.
ANDREÆ ALLIÆ EQVITI
TER PATRIÆ PROTECTORI
JO. PETRVS ALLIA EQVES
PATRVO
V. F. *MDXIII.*

29.

Stylobata cum urna ad Aram S. Michaelis.

D. O. M.
PAVLO ALÆ
QVI OB JV. CI. EXIMIAM
PRVDENTIAM IN SENATV MEDIOL.
COOPTATVS
EVM MAGISTRATVM EA FIDE GRAVITATE
ABSTINENTIA CASTE INTEGREQVE
LAVDEM GESSIT ET LONGE MAJORES
A REGE SPERARE DEBVISSET
SED HEV
DVM REIP. DIGNITATI ENIXE
PRIVATORVMQVE COMODIS BENIGNE
STVDET SVIS PARVM CONSVLENS
PERDITA VALETVDINE DIV VSVS
VITA CESSIT SVO MAGIS QVAM
ALIORVM TEMPORE
CIVIT. CREM. DECRETO SEPVLCRO
SVMPTV PVB. CIVI B. M.
PARENTAVIT.

30.

Ibid. in altero ſtylob.

D. M.
BENEDICTO ALÆ NON VNIVS
TANTVM ARTIS NOMINE
PRÆSTANTI SED QVACVMQ.
ANIMVM INTENDISSET SVMMO
MERVIT ADOLESCENS IMP.
CAROLO V. NEC MINVS DEINDE
PHILIPPO HISPAN. REGI CHARVS

ACRI AD ADDITISS. QVÆQQ. INVESTIGAN.
INGENIO
PLVRIMIS ADINVENTIS DOMI BELLIQ.
ADIVMENTIS QVE QVISQVAM ALTER
NE SVSPICATVS QVIDEM FVIT ANTEA
VIXIT ANN. LI. M. IX. D. XVI.
AB OMNI PROCVL AMBITIONE
HOMO FRVGI HEROICA QVADAM
RER. HVMAN. DESPICIENTIA
INSIGNIS
JO. BAPT. DANIEL ET JO. PETRVS
MOER. FRATRI OPT. FEC.

31.

Gotica in pariete cum Sarcophago.

FAMOSVS VIRTVTE SVA QVAM PAGINA SACRA
ARTES ET MEDICINA SVVM FECERE PERITVM
DOCTOREM QVO CIVE SVO VIVENTE CREMONA
GAVDEBAT MVLTVM NATVM DE STIRPE PARENTVM
ALIA QVI FACTVS BONVS ARCHIDIACONVS HVJVS
ECCLESIÆ SITVS EST HIC LAZARVS ILLE MAGISTER.
ANNIS MILLE SVOS PHOEBVS RENOVERAT ORTVS
TRECENTVM NOVIESQVE DECEM TRIBVS ATQVE NOTATIS
ILLIVS APRILIS CONJVNCTA LVCE SECONDA
A CHRISTO NATO CVM MORS SVA LVMINA CLAVSIT.

32.

In pariete.

D. M.
SISTE PARVMPER GRADVM HOSPES
HIC SITVS EST
JO. FRAN. ALA QVI E PVERITIÆ
LVDO CVM SIGNIS ET IMPERIO
IN BELGAS CÆS. SECVTVS
IN METIS OPPVGNATIONE
FORTITER MORTEM OPPETIT
NON MODO A SVIS MILITIBVS
SED ETIAM AB EXERCITV
VNIVERSALI MVLTVM DIVQ.
DEFLETVS CVM EO ADOLESCENTE
VEL PRÆTER TANTÆ VIRTVT.
INDOLEM NIHIL ESSET AMANTIVS
NIHIL AMABILIVS PLVRIMIS
IN VNVM CONGESTIS ORNAMENTIS
QVÆ SINGVLA SATIS FORENT
AD VNVM QVENQ. PRÆST. VIR.
HONESTAN. ID VOLEBAM. ABI
NVNC IN REM TVAM SI POTES
SINE LACRYMIS.

33.

In Columna B. V. vulgo del Pilastro.

NICOLAVS ALA HIC QVIESCIT
QVI AVORVM CLARISSIMA STEMMATA FACTIS AVXIT
HEROICIS

VRBA-

VRBANÆ ADVENTITIÆQVE MILITIÆ
TRIBVNVS
GALLVM ALLOBROGEM ET MVTINENSEM
IN PATRIAM IRRVENTES
SVSTINVIT IN VALLO PROFLIGAVIT IN ACIE
A PHILIPPO QVARTO HISPAN. REGE
AVREIS MILLIBVS ANNVIS
SPLENDIDE DONATVS
GRATVITOQ. PLACITO MARCHIO RENVNCIATVS
SE NON IMPAREM PRÆBVIT REGIÆ MVNIFICENTIÆ
ADEO TAMEN IN OMNI FORTVNA PATRIAM COLVIT
VT HONORES SIBI COLLATOS IN EAM SOLAM DETVLERIT
VIGILIIS TANDEM ET LABORIBVS FRACTVS
TRIENNIO AB HOSTE FVGATO
QVINTO SVPRA QVADRAGESIMVM ÆTATIS ANNO
PIE DESIIT VIVERE
NVNQVAM IN PATRIÆ FASTIS MORITVRVS
CREMONA
CIVI ET DECVRIONI DE REP. OPTIME MERITO
PARENTAVIT
SEXTO NONAS MARTJI MDCLII.
PROVINCIAMQVE PRO TVMVLO DEMANDAVIT
ELISEO RAIMONDO J. C. COM. ET EQ. ANT. MARIÆ ALÆ
NICOLAO FERRARIO COM. CHRISTOPHORO SCHINCHINELLO
LVDOVICO BONETTO S. GALLI MARCH. DANIELI ALÆ
MIL. TRIB. FABRICÆ PRÆFECTIS.

34.

Humi.

D. O. M.
SEPVLCRVM NOBILIVM DE FONDVL.
EX
GEORGIO CONSTANTII EPI CRÆ FRE
IN OBITV
FONDVLI JVR. CONS. MERITISS.
PER
FRANCISCVM FVNDANIVM FRATREM
AC
JO. BAPT. FIL. MOESTISS.
INSTAVRATVM
HOC ANNO *MDCLXXIX.*

35.

Humi.

D. M.
ANTIQVISS. H. S. GENTILITATIS
HERMENZONÆ VETVST. COSVP
SCIPIO ET AVRELIVS FR. EX EA
OR. RENOVAR. HOCQ. LAPIDE
DECORAR.

36.

In Ara S. Antonii aureis notis.

CÆSAR GADIVS J. U. D. PROT. NOT. AP. ET HVJVS ALTARIS BENEFICIATVS DEO B. V. ET DIVO ANTONIO DICAT HANC ICONEM SVIS SVMPTIBVS F. F. 1593.

37.

Ibidem.

ANNO MDLXXXXIIII.
MARMOREO PARATAM MONVMENTO ARAM
MDCLXX.
COMPARATAM PARIBVS DEIPARÆ GRATIARVM
AC D. JOSEPH
FABRICÆ PRÆFECTI
SVIS MAJORIBVS AC SIBI PARES REDDIDERE

38.

In utroq. ſtylobate ad eand. Aram.

JO. PET. ALA	ASDRVB.
J. V. D.	ANGVISS.
SIGIS. PONZONVS	FABR.
CO.	PRÆF.
JO. PET. ALA	TEMPLI DECVS
ANT. MAR.	AGENDVM
PALAVICINVS	EREXERVNT
ALEX. MELIVS	ANNO
LVPVS	*MDLXXXXIIII.*

39.

Gothica in Ala ad Septentrion.

MCCCXLII. INDICIONE X. DE MESE JVLII H. OPVS PERFECTVM EST SVB DOMINIO MAGNIFICOR. DNORV DNORV JOHIS ET LVCHINI VICECOMITV CIVITATV MEDIOLAT CREMOE &c. GNAIV DNOR EXISTENTE SOLO MASSARIO ET RECTORE LABORERII HVIVS ECCLESIE REVEREDO VIRO VIRO DNO CINELO DE SVMO CANOICO HVJ. ECCLE PER MANV MAGISTROR. FRANCISCHINI ET CANINI DE TASELLIS FRVM DE ITROITV OBLACIONV SCE MARIE ET SEXTARIOR. AC REDITVV CEPI ET CVSTODIE PLATEE CREMON AD HONORE DEI ET BEATE VIGINIS MARIE ET POCOR MAGIFICOR. DNOR. ET COIS CREMON.

40.

Ad Aram S. Joſeph.

D. O. M.
DEI PARENTIBVS MARIÆ ET JOSEPH
IN VITA PATRONIS AVXILIARIBVS PROPITIANDIS
JO. BAPT. MAINOLDVS J. C. COM. ET EQ. FRANCIS.
JVLIVS CANOBIVS MARCHIO CAMILLVS MAGIVS
MARCHIO ANT. MARIA DATVS FRANCISCVS
RONCANDELLVS ET JOSEPH BARBOVIVS
HANC ARAM ÆTERNO EX LAPIDE STATVEBANT
ANNO MDCLXVIII.

41.

Humi.

HIC JACENT ANT. FRANC. J. U. D.
ET HIERONYMVS DE BAPTISTAGNIS
AMBO CANONICI CAT. CREM.
I. OBIIT ANNO DNI 1681. II. ANNO 1707.

42.

Humi.

LVDOVICO GARDANO
ADHVC IMPVBERI QVEM
INVIDA MORS SENEM
RATA RAPVIT CARISS.
FILIO JOSEPH PARENS
P. ANNO *MDXCI*
PRIDIE IDVS AVGVSTI.

43.

Humi.

SISTE VIATOR
OCTAVIVS VALCARENGHVS
CATHEDRALIS CANONICVS
PRIOR
VITA FELIX
NEC MORTE MISER
ÆTERNITATEM HIC SPERAT
NAM SI ILLAM IN TERRIS SPONDENT
MVLTI NEPOTES
IN CŒLIS
MVLTÆ VIRTVTES
OBIIT DECIMA NONA MENS.
NOVEMBRIS *MDCLXXII.*

44.

Ibid.

D. O. M.
HIC AD NOVISSIMAM DIEM
JOSEPH FERRARIVS
CARNIS RESVRECTIONEM EXPECTAT
ANNO MDCXXXXIX.

45.

Humi.

MVLIERES PIISS.
QVARVM NOMINA
SCRIPTA SVNT
IN LIBRO SOCIETATIS
JESV CHRISTI
HIC DORMIENTES
IN CŒLO VIGILANT BEATÆ.

46.

Humi.

VIRI PIIS. QVORVM
NOMINA SCRIPTA SVNT
IN LIBRO SOCIETATIS
JESV CHRISTI
HIC QVIESCENTES
AD CŒLVM EVOLAVERVNT.

47.

In Epistylio Aræ B. V. Annunciatæ.

J. PETRVS ALA J. U. D. ANTON. MAR.
MARCHIO PALLAVIC. JO. PETRVS ALA
ALEX. MELIVS LVPVS ASDRVBAL
ANGVISSOLA FABRIC. PRÆFECTI
HANC EXTRVENTES ARAM
TEMPLVM HOC INSIGNE DECORARVNT
ANNO DOM. MDXCIIII.

48.

In Epistylio Aræ S. Anton. Patavini.

JO. PETRVS ALA J. U. D. ANT. MAR. MARCHIO
PALLAVIC. JO. PETRVS ALA ALEX. MELIVS
LVPVS ASDRVBAL ANGVISS. FABR. PRÆF.
HANC EXTRVENTES ARAM TEMPLVM HOC
INSIGNE DECORARVNT.
ANNO D. MDXCIIII.

49.

Circum iconem aureis notis.

ICONEM HANC DIVO ANTONIO PATAVINO
DICATAM EX LEGATO MAG. GALEAZ GRITTI
HOSPITALI MAGNO PRÆFECTI
ERIGENDAM CVRARVNT
ANNO MDLXVI.

50.

In Epistylio Aræ S. Benedicti.

JO. PETRVS ALA J. U. D. ANTONIVS MARIA
MARCHIO PALLAVICINVS JO. PETRVS ALA
ALEXANDER MELIVS LVPVS ASDRVBAL
ANGVISSOLA FABRICÆ PRÆFECTI
HAC ERECTA ARA
TEMPLI HVJVS ORNAMENTA
CVMVLARVNT
ANNO MDVC.

51.

In Epistylio Altaris B. V. M. Gratiar.

D. O. M.
DEIPARÆ GRATIARVM
FRANCISCVS JVLIVS CANOBIVS MARCHIO
CAMILLVS MAGIVS MARCH. ANTON.
MAR. DATVS FRANC. RONCADELLVS
JOSEPH MAR. BARBOVIVS FABR. PRÆF.
ACCEPTARVM MEMORES
VT PERPETVAS SIBI ET PIIS INSIGNIS
ARÆ CONFRATRIBVS CONCILIENT
GRATI ANIMI MONVMENTVM
ANNO MDCLXX.
P.

52.

In Sacello ejusd. B. V. M.

JO. PETRI GIBERTI JVRE CONS. PATRIÆ
QVI VIXIT ET OBIIT TRIBVS QVICQVID
PARCIS
HIC CVI PRISCIS QVVM VITA HIS
QVOQ. POSTHVMISQ. TEMPORIBVS

53.

Gothica prope Aram S. Catharinæ.

✠ HOC SEPVLCRVM EST NOBILIS ET
EGREGIJ MILITIS AC JVRIS PERITI
D. FOLCHINI DE SCHICIJS QVI
OBIIT ANNO D. *MCCCLVII.*
DIE *X.* JVLIJ ET HEREDVM EJVS
JVSTITIA TEMPERANTIA FORTITVDO PRVDENTIA
MAGIS. BONINO DE CAMPILIONE ME FE.

54.

In Ara SS. Firmi & Innocentij.

HANC ARAM SANCTOR. FIRMI PP.
ET INNOCENTII AB ASTVLPHO AMATI
ERECTAM
ABBATES NOTARIORVM CREMONÆ PATRONI
EX TESTAMENTO PER ANT. BELISELLVM
ANNO 1470. 28. DECEMBRIS SCRIPTO ICONEM
HANC ORNANDAM CVRAVERVNT
ANNO 1596.

55.

Ibid. in Epistylio.

HOMOBONVS OFFREDVS J. U. D. COM. ET
EQ. JO. BAPT. STANGA COMES SIGISM.
PONZONVS COMES JO. PETRVS ALA
PETRVS BONHOMIVS ET JO. BAPT.
LAVDA FAB. PRÆF. AD PERPETVVM
TEMPLI HVJVS ORNAMENTVM
EXTRVXER. ANNO *MDXCII.*

56.

In Epistylio Altaris S. Catharinæ.

MARMOREVM HOC OPVS AD MAJOREM
ECCLESIÆ VENVSTATEM
ET DIVINI CVLTVS DECOREM
NOB. D. D.
JO. BAPT. PERSICHELLVS S. NAZARIJ
J. C. COM. ET EQ. JACOBUS BAGAROTTVS
MARCHIO JO. PAVLVS MADIVS
COMES SIGISMVNDVS PONZONVS
CAPIT. MAXIMIL. TRECCHVS
FRANCISCVS RONCADELLVS FAB. PRÆF.
P. ANNO *MDCLXXX.*

57.

In Stylobate prope Aram B. V. Annunciatæ.

EMANUELI ARCIO ALTESANI TAURINOR.
CONDOMINO PROTONOTARIO APOST.
VIRO COMMEMORABILI PIETATE MIRA
ERGA PAUPERES LIBERALITATE
INNOCENTIA VITÆ SINGULARI
NICOLAVS SFONDRATUS EPIS. CREM.
OB EJUS RELIGIOSAS ANIMI VIRTUTES
NAVATAMQ. FRANCISCO CARDINALI PATRI
ET SIBI ANN. FERE XL. OPERAM FAMIL.
CAUSSA MORIENTI OCULOS CLAUDENS
EX PIA GRATAQUE ANIMI VOLUNTATE
FACIUNDUM CURAVIT
VIXIT *ANN. LVIII.*
OBIIT *ANNO MDLXVII. VI. ID. AUG.*

58.

In Columna alæ merid.

D. O. M.
FABRICA EX LEGATO LIBR. 18m.
AD MENTEM JO. BAPT. F. SACERDOTIS
SINGVLIS ANNIS NOVENDII
ANTE FESTVM B. V. MARIÆ ASSVMPTÆ
IN PERPETVVM CELEBRANDI
ONVS SVBIIT VT EX INSTRŌ.
RECEPTO A SP. D. POMPEO
ANTONIO BOCCOLO NOT.
COLL. ET CANCELLARIO
SVB DIE 7. SEPTEMBRIS
1731.

59.

Ejusd. Sepulcrum Humi.

S. I. B. F. SACERDOS B. V. M.
IN CŒLVM ASSVMPTÆ
NOVENDIO VT SVPRA AD PERPETVITATEM
REDACTO
OBIIT DIE XIX. MENS. APR. ANN. 1733.
ET HIC CVM MATRE TVMVLATVS REQVIEM
IMPLORAT.

60.

Humi.

HIACYNTHVS ET FRANCISCVS FRATRES
DE AMADASIJS HOC JACENT
IN TVMVLO
CAMILLVS PATER ET CATHARINA PONCHIONA
LÆTISSIMI MEMORES MORTIS ET
SVOR. FILIOR. IPSI SECVM TVMVLARI
MANDARVNT
ANNO SALVTIS *MDCXXXIII.*
DECIMO KAL. OCTOBRIS.

61.

Olim in Stylobate Sacelli B. V. M. de Populo nuncupatæ.

COMES BROCARDVS PERSICVS J. U. D.
COMES ET EQVES ANTONIVS MARIA
MARCHIO PALLAVICINVS FRANCISCVS
PISCIVS BERNARDINVS SCHITIVS
CASTRI DIDONIS CONDOMINVS
HIERONYMVS PATERNVS
CAMILLVS BARBOVIVS FIL. EQ.
BAPT. FABR. PRÆFECTI
ANNO SALVTIS *MDCVIII.*

62.

In altero Stylobate.

SANCTIS IN CŒLESTIS VRBE TRIVMPHANTIBVS
SAXEVM FORNICEM PRIDEM EXTRVCTVM
AD MEMORIAM ILLVSTRIOREM
RERVM GESTARVM
ET TRIVMPHORVM
AVRATVM PICTVRATVMQ. VOLVERVNT
FABRICÆ PRÆFECTI
ANT. PAVESIVS J. C. COMES ET EQVES
LVDOVICVS BONETTVS S. GALLI
CHRISTOPHORVS SCHINCHINELLVS COM.
CASALIS BVTANI NICOLAVS PONZONVS
COMES CASTELLETTI VINCENTIVS STANGA
DVX EQV. LEV. COMES ET CVBICVLAR.
SSMI ELECT. BAVAR. FRANCIS. MELIVS
LVPUS EX MARCH. SORANEÆ COM.
PALATIN. COLONNELLVS CVBICVL. CONSIL.
S. N. CÆSARIS ET SSMI ELECTOR. BAVAR.
MDCXLVI.

63.

In vase aquæ lustralis ad portam meridionalem.

JO. ANT. STANGA COM. ET EQ. JO. PETRO TINCTO
ET JO. PETRO GVLFERAMO FABRICÆ PRÆFECT.
ANNO D. *MDXVII.*

64.

In pariete prope sacrarium majus cum imagine depicta.

D. O. M.
HIERONYMO VIDONO PATRITIO CREMONENSIS
S. R. E. CARDINALI EMINENTISSIMO
QUI PAGINAM FELICITATIS MERITIS IMPLEVIT AC PRÆMIIS
DOCUMENTO AVLICIS
FORTUNÆ ROTAM VIRTUTIS CLAVO DEFIGI
ROMÆ TITULOS INGENIO CAPACI PROPE EXHAVSIT OMNES
PARI GRATIA SVB QVATUOR PONT. MAXIMIS POLLENS
CLEMENS ENIM *VIII.* ILLVM INTER AVLÆ ROMANÆ
RPÆSVLES ADLEGIT
PAVLVS V. SIG. UTR. REFEREND. ABBREVIATOREM DE PARCO
MAJORI
PICENI PROLEGATVM AC CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICVM
RENVNCIAVIT
GREGORIVS *XV.* ANNONÆ PRÆFECTVRA AD VRBIS TVTELAM
DECORAVIT
VRBANVS DEMVM *VIII.*
PRÆSIDEM PRIVS TOTIVS FLAMINIÆ
ET GENERALEM ECCLESIÆ THESAVRARIVM NVNCVPATVM
IN SACRVM CARDINALIVM COLLEG. ORBE PLAVDENTE
COOPTAVIT
VERE DE EO FAMA FVIT
DESTINAVISSE PATRES OPTASSE REGES
VT PONTIF. MAX. IPSE RENVNCIARETVR
SI VITAM AD PROXIMA COMITIA PROTRAXISSET
CIVITAS TANTO DECORE DESTITVTA
PARENTE VELVT ORBATA
MERITORVM GRATA AC PROVIDA EXEMPLI
DECRETO PVBLICO
AMORIS ET DOLORIS MONVMENTVM
EQVE IN MARMORE AC CORDIBVS
P.
CVRANTIBVS FABR. PRÆF.
ALPHONSO MAJNARDO J. C. COM. ET EQ. REG. DVC. SEN.
MEDIOL. ANDREA RONCADELLO LVDOVICO BONETTO
CAP. HIERON. ZVCCHELLO BALTHESSARE SVCCIO
VIXIT ANN. LXI. IN CARDINALATV V. OBIIT ROMÆ
DIE *XXV.* OCTOBRIS *MDCXXXII.*

65.

Ibid. cum imagine depicta.

CÆSARI SPECIANO
EPISCOPO CREMONÆ VIGILANTISSIMO
NOBILITATE DOCTRINA REBVS GESTIS CLARISSIMO
QVI ROMAM A B. CAROLO CARD. S. PRAX. PRO CAVS. SVB. MISSVS
CVM MINOR. HONORES ANTEMERITVS ESSET ET ADEPTVS

EPISCOPVS NOVARIÆ A GREG. XIII. PONT. MAX. CREATVS EST
MOX NVNTIVS AD PHILIP. II. HISP. REG. A XYSTO V. LEGATVS
TVM A GREGORIO XIV. SIBI IN HOC EPISCOPATV SVFFECTVS
NVNTIVM ITEM CLEM. VIII. JVSSV APVD RVDVLPHVM II.
IMPER. EGIT
QVIBVS MVNERIBVS SVM. FIDE PRVD. CONSTANTIAQVE
PERFVNCTVS
CVM SE SVAMQ. INDVSTRIAM PONTIF. MAX. AC PRINCIPIBVS
TVM RELIGIONE TVM LIBERALITATE VIRTVTESQVE OMNES
OMNIBVS PROBAVIT
DE VTRAQ. ECCL. BENEMERITVS EPISCOPIJS AMPLIFICATIS
TEMPLIS ARGENTO PRETIOSAQ. SVPELECTILI EXORNATIS
DE CREM. PRÆT. SACRARIO FVNDIS DONATO SEMINARIO
ÆDIFIC.
NOVIS RELIGIOS. VIROR. AC FŒMIN. ORDINIBVS IN VRBEM INDVCTIS
QVI DENIQVE COLLEGIVM SOCIETATIS JESV
IN AVITA DOMO REDEMPTA ALIISQVE CIRCVMJACENTIB. COLLOCAT.
VT INCOHAT. TEMPLVM PERFICERETVR INSTITVIT HÆREDEM
ET AMPLIORIBVS DIGNVS AC PROXIMVS HONORIBVS
MAJORA MEDITANS IN COMM. BONVM ANN. LXVIII. GRAVIS
DEFLETVS AB OMNIBVS CESSIT E VITA XII. KAL. SEPT. CIↃIↃCVII.
IDEM COLLEGIVM HÆRES GRATA MEM. PARENTIS OPT. BENEVOLENTIAM
ET FVNDATORIS MERITA PROSEQVENS AD PERENNITAT. P.

66.

In pariete ad Aram Visitationis B. V. cum imagine depicta.

R. R. P.
INSPICE QVAM BREVI LOCVLO CLAVDITVR AMPLISSIMVM DECVS
ALVMNO FELICITATIS SEMPER MAXIMO
PETRO CARDINALI CAMPOREO HIC LAPIS INSCRIBITVR
QVI CÆSARI SPECIANO APOST. SEDIS NVNCIO AD PHILIP. II. HISP. REG.
TVM AD RVDVLPHVM PRIMVM CÆSAREM ARCANOR. SECRETISS.
TALEM SE PRÆBVIT VT EVM REX PRUDENTISS. SVÆ VOCIS
PRÆCONIO LAVDATVM AC REGIA PENSIONE AVCTVM
DIMISERIT
CÆSAR NOBILITATIS PRIVILEGIO ET AQVILÆ SIT PARTICIPAT. DIGNATVS
PAVLVS V. PONT. MAX. SVÆ SVORVMQ. DOMVI PRÆFECIT
S. SPIRITVS COMMENDAT. DIXIT SACRA DEMVM PVRPVRA
DECORAVIT
IN CVJVS LOCVM OMNIVM PENE VOCE SVFFECTVS AC SOLIVM TENENS
ERECTIOR ET SVBLIMIOR APPARVIT QVIA NON SEDIT
ANIMI MAGNITVDINE MODERAT. AC TRANQVILLITAT. ADMIRABILI
A GREGORIO XV. ECCLESIÆ CREMONENSIS EPISCOPVS DATVS
TAMQVAM SIDVS PACIS ILLVXIT SINE OCCASV PERVIGIL
POST VICENNARIAM CVSTODIAM MITISSIMVS OMNIVM PASTOR
QVI VIRTVTI SVÆ FORTVNAM SVPPEDANEAM FECERAT
ISTIC TIBI SI DESPICIS SVPPEDANEVM SE PRÆBET
NE JACENTEM PVTARES QVI NVNQVAM JACVIT
SED QVASI MORTE DEVICTA TRIVMPHVM CORONATVS TVLIT
VNIVERSA PARENTANTE CREMONA
OBIIT VNDENONAGENARIVS PRIDIE NONAS FEBRVARIJ
MDCXLIII.
PATRVO OPTIMO ET MERITISS.
POSVERVNT HÆREDES.

67. 68.

Duo humi juxta positi lapides cum simulacris opere anaglyptico.

CÆSARI SPECIANO
EPISCOPO CREMON. PARENTI OPT.
ET FVNDATORI
COLLEGIVM SOCIETATIS JESV
HÆRES POS.
OBIIT XII. KAL. SEPT.
CIↃIↃCVII.

PRIMOGENITO MORTVORVM
DEO
HIC IN REGENERATIONEM
REQVIESCIT PETRVS CARD. CAMPOREVS
EPISCOPVS CREMON. SIDVS PACIS
CÆSARI SVO TVMVLO ET ANIMO
PROX.
SPECVLVM POSTERIS HÆREDES
P. P. P.

69.

Gothica in pariete ad portam Septentrionalem.

MCCCLXXXVIII. INDICIONE
SECONDA HOC OPVS EST FACTVM
TEMPORE FRATRIS RVBERTI
MAXARIJ CEPI MASARIOR.
DÑI NIGRI DE CASAM
ALA DÑI NICOLAJ DE
BERGANI DÑI AMBROS.
DE RESTALIIS D. NICOLAJ
DE VAGRAVO.

✠ HOC OPVS F
ECIT MAGIST
ER JACOMVS
DE CAPERIO MA
GISTER MVRARIE

HOC OPVS FE
CIT MAGISTER
BERTOLINVS BR
AGERIVS MAG
ISTER MVRI

70.

In sacrario secretiore Canonic.

MCCCCLXXVIIII. HVJVS LOCI STRVC
TVRÆ AVCTORES FVERVNT NOBILES VIRI
DÑI BARTHOLOMÆVS DE FODRIS CA
ROLVS DE SVMMO ET JACOBVS DE
TRECCHIS FABRICÆ HVJVS EC
CLESIÆ MASSARII

71.

Sub Icone S. Nicolai.

HOC ALTARE CONSTRVI
EXORNARIQVE FE
CIT VEN. VIR D. JO. DE
ALIA HVJVS ECCLE.
CANONICVS AC DE
PROPRIIS BONIS
DOTAVIT

M
CCCC
LXXXX
V.

THO.
AMICO
ET F. MABIL.
DE MAZO
FECIT.

72.

Humi.

AD MORT. MEMOR.
ET RENOVAT. FVTVRÆ
SPEM RENOVAND.
SEPVL. LAPID. RENOVARVNT
PRÆLATI ET CANONICI
HVJVS ECCLESIÆ
MDLXXXVII.

73.

Humi in ala maj.

JACOB. SCHITII ARCHIP.
S.
ANN. *XXXVI.* CCI. II. N. C. PIE
- - - - - - - - - - - - - - - - - - -

74.

In pariete sacrarii maj.

✠ ANN. DNIC. INCAR
NAC. MCVII. INDI
TIONE XV. PSIDENTE
DOMINO PASCHALE
IN ROMANA SEDE
VII. C. SEPTB. INCEP
TA E EDIFICARI HÆC MA
JOR ECCLA CREMONEN
SIS 9 MEDIA (*sic*) VIDET
ENOC ELIA

75.

Humi.

D. O. M.
S. VIR. Q. IN SOCIE.
ET SVB INVOCNE S. JO. BAPÆ
ET SS. RLIQVR. ADSCRTÆ SVT
MDLXXXV.

76.

Humi.

D. O. M.
FŒMINARVM Q. IN SOCIE.
ET SVB INVOCNE S. JO. BAPÆ
ET SS. RELIQR. ADSCRTÆ SVT
MDLXXXV.

Humi positi sepulcrales lapides inscripto solum alicujus personæ vel gentis nomine.

77.

HOC SVIS SVFFRAGII MORTVORVM SOCIETAS POSVIT *MDCLXXXXIII.*

78.

SEP. NOB. D. CAROLI PICENARDI HÆREDVM EJVS AN. SAL. *MDCVII.*

79.

HOMOBONVS SARTORIO ET HÆRED. EJVS AN. DO. *MDCVI.*

80.

SEP. ANTON. DE PARENTIS ET HÆRED. AN. *MCXXXVIII.*

81.

S. SPECT. VIRI D. MARTINI DE AMATIS ET HÆREDVM EJVS.

82.

FRANCISCVS ZUCCHI EJVSQ. HÆRED. EXTREMVM DIEM SERVANDIS BVSTIS ELECTVM AN. *MDCXLV.*

83.

VT QVI VIVENTES SESE DIVI ROCHI TVTELAM TRADID. MORTVI ET AD EJVS ARAM SEPVLTI TRADANT *MDXC.*

84.

SEPVLCRVM HOC CONFRATRVM S. ROCHI NOVITER EXTRVCTVM AN. *MDCXXXI.*

85.

S. D. ANTONII FRAREZZÆ ET HÆR. EJVS *MDCXXVII.*

86.

BARTOLOMÆO BASTARDI DETTO FINALI AN. *MDCXXXXVI.*

87.

HOC EST SEP. D. AMATI DE AMATIS ET HÆREDVM . . . . .

88.

SEP. D. JO. DE PARINO ET HÆR. SVORVM DIE 9. MENS. 9BRIS *MDCLXXVIII.*

Gothica. 89.

...... LAVRENTII FRATRVM DE GALASIIS DE BVRGO DE MEDIOLANO ET HÆR. EORVM.

90.

SEPULCRVM GVINDANI DE GVINDANIS AN. *MDCVII.*

91.

THOMAS DE MASCARONIBVS DICTVS DE PVSTERLA A. *MDXX.*

In repositorio vulgo della Fabbrica *olim Sacello S. Joseph.*

92.

S. D. JOANNIS DE TVRDIIS ET EJVS ..... 1505.

93.

SEPVLCRVM FABROR. LIGNARIOR. *MDLXXIV.*

94.

S. SP. D. GVLIELMI DE MARTINIS CAVSIDICI ET EJVS ERED. 1500.

95.

SEPVLCRVM D. PETRI DE NOSETO ET HERED.

96.

SEPVLCRVM NOB. D. JO. MARIÆ TEGAGNI

97.

JOHANNIS ANTONII MERCORE ET SVO EREDI

98.

S. H. D MATTHÆI JVLII DE CANOBIO *MDXXVII.* DIE *IX.* SEPT.

99.

S. D. JOANNINI MAFFÆI DE REGAZOLA ET HÆREDVM.

100.

D. PELEGRINI BONI ET SVCCESSORVM SEPVLCRVM AN. D. *MDIII.* B. M.

101.

D. O. M.
MDLXX. DIE *VII.* ME. MAII
HIC ANNIBAL DE PICENARDIS ET HÆREDES
OBDORMIENT DONEC MIRO TVBÆ SONO
EXCITABVNTVR.

102.

HOC EST SEPVLCRVM NOBB. D. D.
FRANCISCI ET ZENONIS FRATR.
DE ASELLIS
1482.
AS. AS.

Quæ in ſuperioribus Epiſtyliis Alæ majoris docent plura vel reſtaurata eſſe, vel depicta.

103.

I. loco ad lævam Sacelli maj.

MAXIMILIANO MARIA SFORTIA VICECOMITE DVCE
GALEATIO SFORTIA PISAVRI DOMINO CIVITATIS
GVBERNATORE COMITE BERNARDINO EX
COMITIBVS PATAVIJ PRÆTORE CLARISSIMO
MAXIMILIANO MARIA SFORTIA IMPERANTE
PETRO MARTYRE STAMPA DVC. CONS. ET EQVIT.
VRB. SVTRI.

104.

II. ALEXANDRO PRO GALEATIO SFORTIA GVBERNAT. CREMONÆ
LVDOVICO GALLERATO MEDIOLANI PATRITIO
PRÆTORE CREMONÆ MAXIMILIANO
IN DOMINVM MEDIOLANI RESTITVTO
Boccacinus *MDXV.*

105.

III. COGNITA MAXIMIL. SF. DVC. MLNI VIII.
PER IMP. CÆS. MAXIMIL. AVG.
RESTITVTIONE
PVLSIS GALLIS ANNO *MDXII.* R. P.
DEO OPT. MAX. ET MAXIMAM
LÆTITIAM.

106.

IV. ERASMO TRIVLTIO REGIO CONSILIARIO
VRBIS COMMISSARIO JO. DE HERBONVILLE
REGIO ARMORVM CAPITANEO
ARCIS PRÆFECTO
PETRO BORBONIO J. C. REG. SEN. PRÆTORE.

107.

V. LVDOVICO XII. GALLOR. REGE INVICTISSIMO ET
MEDIOLANI DVCE EXPVLSIS PROFLIGATISQ. JVSTO
BELLO VENETIS VRBI FELICITER IMPERANTE.

108.

VI. PHILIPPO HYSPANIARVM REGE INVICTISSIMO
AC MEDIOLANI DVCE ANTONIO GVSMANO AJAMONTIS
MARCH. IN DOMINIO MEDIOLANI GVBERNATORE
ET IN ITALIA GENERALI CAPITANIO M. ANT. ARESIO
J. C. ET REGIO SENATORE PRÆTORE *MDLXXIIII.*

109.

VII. GREGORIO XIII. BONONIENSI
PONTIFICE MAXIMO
NICOLAO SFONDRATO EPISCOPO
CREMONÆ ET COM. MEDIOLANI SENATORE.

110.

VIII. HIERONYMVS PVTEVS J.C. ET EQ. JO. BAPTA
OFFREDVS PETRVS FRANCISCVS OSCASALIVS PATRICIJ
ET FABRICÆ PRÆFECTI QVÆ VETVSTAS
CONSVMPSERAT INSTAVRAVERVNT
ANNO *MDLXXIIII.*

111.

IX. CAROLO DE AMBROSIA MAGNO MAGISTRO
MARESCHIALLO ET ADMIRATO FRANCIÆ
CITRA MONTES GENERALI CREMONÆ
PRO REGE LOCVM TENENTE

112.

X. SCIPIONE HERMENZONO
ALEXIO ZANEBONO
J. C. EQVITIBVS AC
SEBASTIANO SIVRIA FABRICÆ PRÆSIDIBVS
ANNO *MDVIIII.*

113.

XI. HI DVO FORNICES CONSTRVCTI CO. GEORGIO PERSICO
JO. FRANCISCO PERSICHELLO JVLIANO LAMIO
FABRICÆ PRÆFECTIS
ALEXANDRO PAMPVRINO FACIENTE *MDXI.*

114.

XII. GALLIS AFFLICTA ELVECIJS MVLCTATA
PESTE DEBILIS FAME DEFORMIS
R. P. ANNO *MDXII.* A DIVINO
TAMEN CVLTV NVNQVAM DEFLEXIT.

115.

XIII. FRANCISCO GADIO J. C. JO. ANDREA MAJNARDO
E. Q. V. JO. MELCHIOR. FODRIO TAXA COMISSA
ÆDILIBVS HI DVO FORNICES IN HANC FACIEM REDVCTI
BERNARDINO RICOO FACIENTE.

116.

XIV. MATHEO BRVMANO GALEATIO MAJNARDO
J. C. BORSIO ZVCCA PATRICIO FABRICÆ PRÆFECTIS
B. R. F. ANNO SALVTIS *MDXIII.*

117.

XV. PETRO MARTYRE STAMPA CREMONÆ GVBERNATORE
BRVNORIO PETRA ARCIS PRÆSIDE
JACOBO GVAZZONO JACOMACCIO GVARNA
SALERNITANO FABRICÆ PRÆFECTIS

118.

XVI. MAXIMILIANI MARIÆ SFORTIÆ
VICECOMITIS ANGLIÆ DVCIS MEDIOL.
OCTAVI EXPVLSIS PROFLIGATISQ. GALLIS
VRBI IMPERANTIS
MDXIIII.

119.

In tabula depicta ad Organi operimentum.

AD DEI OPT. MAX. CVLTVM FANI ORNAMENTVM
ET POPVLI CREMONEN. PIETATEM
JO. JACOBO TVRRESINO J. C. JVLIANO FOSSA ET
PETRO ANTONIO FERRARIO ÆDILIBVS JVLIVS
CAMPVS FACIEBAT *MDLXVII.*

In Æde ſubterranea.

120.

In Arca S. Homoboni.

ANNO POST CHRISTI NATIVITATEM 1614.
SEPTIMO IDVS JVNIJ CORPVS SANCTI
HOMOBONI CIVIS CREMONENSIS
PRO HONORIFICO CIVITATIS APPARATV
HVIC ARCVLÆ DEMANDATVM EST
PER ILLMVM ET REVMVM D. JO.
BAPT. BRIVIVM CREMONÆ EPISCOPVM.

121.

In Arca S. Himerii.

ANNO DOMINI 1614. 8. JVNII
CORPVS S. HIMERII EPISCOPI
ET CONFESSORIS AC CIVITATIS PATRONI
SOLEMNI APPARATV IN HAC ARCVLA
CONDITVM EST PER ILLMVM ET REVMVM
D. JO. BAPT. BRIVIVM CREMONÆ EPISC.

122.

In Vaſe argenteo in quo ſervatur Caput ejuſdem.

SACRI CAPITIS CVSTODIÆ PARITER ET ORNAMENTO
BARTHOLOMÆVS MADIVS J.C. JACOBVS
TRECCHVS EQVES JO. FRANC. VICECOMES
ALMÆ VIRGINIS QVÆSTORES
D. D. 1498.

123.

In Arca SS. Babilæ, & Simpliciani.

1538. DIE 12. DECEMBRIS
1. CORPORA SS. MARTYRVM BABILÆ ET SIMPLICIANI
HOC IN LOCO TRANSLATA FVERVNT PER D. PETRVM
ANTONIVM SCAINVM CANONICVM SACRISTAM
MAJOREM ET D. BAPT. TOLENTINVM ETIAM
CANONICVM MAXARIVM EXISTENTEM ET D.
FRANCISCVM PARISIVM SACRISTAM MINOREM.

124.

2. BABILÆ ET SIMPLICIANI OSSA AD
OCTAVVM LAPIDEM OLIM SEPVLTA
MOX NVTV DIVINO INVENTA HIC
REPONI PRÆFECTI HVJVS ÆDIS
CVRARVNT. *MDXLIII.*

150.

III. HANC . . . . OPER. SOLER.
PRECESS. INKOAT. LVDOVIC.
TREC. EQ. HIER. VICEC.
HIERON. BORD. AEDIL.
M. A VETVST. VENDIC.
CŒRAVER. EIDEMQ.
PROBAVE.

151.

IV. MDXVI. ALEX. BISACIA
L. PROFESSOR ET EQ.
JO. PE. ALLIA EQ. JO.
FRANC. PICENAR. P.
INSTAVRANT NEC AE
TERNITATIS IMMEMORES
CONSVMATIONI STVDENT.

152.

V. JO. ANT. STANGA COMITE
EQVITEQ. JO. PE. TIN.
JO. PE. GOLFER. PA. FABR.
PRÆF. MDXVII.

153.

VI. JO. MARIA SVMMO
GLOSSA. DE GLOS. EVANGELISTA
CAMBIAGO MA. FA. PRÆ.
MDXVIII.

154.

VII. ANDREA SVMANO EQ.
MARTIRE AFFAITATO
ALVISIO AIMO PATRICIIS
ET FABRICÆ PRÆFECTIS
MDXIX.

155.

VIII. JO. FRANC. ZVCHO
EQVITE JO. GALEAZ
MAINAR. JO. FRANC.
VALVASSORE DE ARGENTA
OMNIBVS JVRE CONS.
FABRIC. PRÆF. MDXX.

156.

IX. NICOLAO FODRIO JO. FRANCISCO
DOVARIENSI HIERONIMO
DE MVLTIS DENARIJS
PRESIDENTIBVS MDXXI.

157.

X. JOANNE SCHICIO JU. CONSVL.
CORNELIO MELIO EQVITE
ET AVGVSTINO RONCADELLO
FABR. PRÆF. MDXXII.

158.

XI. JOSEPHO MARIA BRVMANO
688.	CIV	DE BELLONIS — DE BELLINIS
833.	CXXII	CREMONÆ — *adde* EPISC.
1076.	CXLIX	ORIA — CIRIA
1093.	CLII	HAERESE — HAERES
1316.	CLXXVIII	PARILIS — BARILIS
1470.	CCIV	PVNCENENGHI — PVMENENGHI

pag.	CCVI	Inscr. ANTONIVS EX MELIIS ponenda sub titulo *In latere exteriori tholi* ante num. 1483.
1527.	CCXII	RORO — ROG.
1572.	CCXIX	EJVS — CVJVS
1639.	CCXXVII	*DXXII. - DCCXXIII.* — *DCXXII. - DCXXIII.*
1704.	CCXXXVI	OIM — OLIM
1743.	CCXLI	MARCH. — MARCO
1765.	CCXLV	PER — PR.
1807.	CCL	In tit, PERVPINO — PEREGRINO
1866.	CCLIX	MAXENERIVS — MAXONERIVS
pag.	CCLVII	Num, inscr. 1843. — 1859.
pag.	CCXCV	Tit. EX NOSOCOMIO — adde OLIM S. ALEXII
2163.	CCCIII	Prope portam Mosiam — *Cavit.* versus portam omnium ss.
2167.	CCCIII	TRICIPTIIS — TRICIPITIS



Addenda pag. CXLV. inſcriptio humi poſita in templo s. Dominici, quæ amanuenſem forte dormitantem fugit.

SEP. FAMILIAE DE ARIGUCCYS FACTUM AN. 1666.
ET A NOB. DOMINO MARCHIONE
ANTONIO DE ARIGUCCYS RESTAURATUM AN. MDCCLIII.

INDEX LOCORUM
Memorias habentium.

SUBURBIA



INSCRIPTIONES
CREMONENSES

SOLO ORDINE LOCORUM EDITÆ

POSITIS CAPITIBUS QUIBUSDAM


INTERRUPTÆ CONTEXUNTUR ET ENUCLEANTUR

UT PATEAT QUOD INCLUDUNT .

LOCA IPSA

HISTORICIS NOTITIIS ILLUSTRANTUR

. . . . *Exemplo magni eſt formica laboris :*
Ore trahit quodcumque poteſt, atque addit acervo ,
Quem ſtruit . Hor. Sat. I.



EXCUDEBAT CREMONÆ

LAURENTIUS MANINI

Publica auctoritate

MDCCXCVI.

FACIES OPERIS

CONSTANS INDICIBUS QUINQUE

AD declarandum quidquid in inſcriptionibus continetur, adjunctis, data occaſione, hiſtoricis, & chronologicis adnotationibus.

I

Index locorum in quibus aliqua extat, aut extabat inſcriptio. Notata ſingillatim unicuique reſpondent præcipua hiſtoriæ capita, ubi de iis non fit in inſcriptionibus mentio.

II

Index alphabeticus generalis nominum eorum, quibus inſcriptio aliqua poſita eſt.

III

Catalogus virorum illuſtrium ex eodem generali indice in varias claſſes diſtributus.

CLASSIS PRIMA.

Summi Pontifices, Principes & Cardinales.

CLASSIS SECUNDA.

Epiſcopi, aliique Eccleſiæ Præſules.

CLASSIS TERTIA.

Vicarii generales & Præpoſiti mitra ornati cum Collegio Canonicorum, quibus gaudent Eccleſiæ s. Agathæ, & ss. Ægidii & Homoboni.

CLASSIS QUARTA.

Senatores.

CLASSIS QUINTA.

Qui legum doctrina, medicæ artis peritia, ſcientiis, poeſi, literis claruerunt.

CLASSIS SEXTA.

Qui Martem ſecuti rerum geſtarum laudem meruerunt.

CLASSIS SEPTIMA.

Artium periti.

IV

Res geſtæ, quæ inſcriptionibus memoriæ poſterorum ſunt demandatæ per titulos diſtributæ.

TIT. PRIMUS.

Ædificia ſacrarum Ædium, domorumqne utriuſque ſexus religioſis Ordinibus adſcripti.

TIT. SECUNDUS.

Sacella.

TIT. TERTIUS.

Altaria.

TIT. QUARTUS.

Legata Miſſarum.

TIT. QUINTVS.

Quæ rem Eccleſiaſticam, & Rempublicam juvant.

TIT. SEXTUS.


Jura Patronatus.

TIT. SEPTIMUS.

Pia devotionis officia.

V

Index alphabeticus nominum eorum, qui aliquid egerunt ipsa inscriptione teste.



I

Index locorum in quibus aliqua extat, aut extabat inscriptio. Notata singillatim unicuique respondent præcipua historiæ capita, ubi de iis non sit in inscriptionibus mentio.

HOrum locorum notitias exhibent inscriptiones, easque paucis complexi sumus Indice rerum gestarum tit. 1. Longius progredi difficile est. Præclara tamen hujus templi monumenta satis religionem produnt Cremonensium, & magnificentiam, qua illam prosecuti sunt. Memoriam veterem cultus præcipue erga Deiparam in Cœlum Assumptam populus Cremonensis renovavit anno 1596. duabus aureis coronis ipsi Deiparæ, & puero Jesu solemniter oblatis die Paschatis octava, quo tempore Beata Virgo appellari cœpit *Madonna del popolo*, quòd eam apud Deum patronam habeat singularem.

Nos quæ recens sine inscriptione erecta ad memoriam posterorum manent monumenta recensebimus. In his eminet sacellum quo plurium Sanctorum cineres, & ossa asservantur, cujus auctor fuit cl. Marchio Julius Cæsar Vainius anno 1783. quum esset Prior Societatis quæ ss. Reliquiarum cultum & custodiam spectabat in eodem templo maj. Architecturæ, marmorum selectorum, & artis fusoriæ basibus & capitulis conflandis insigne opus prodiit anno 1790. perfectum (exaustis sodalitatis bonis) expensis Fabricæ Præfectorum, quorum nomina cum aliis exhibet index postremus. Aram tit. Visitationis B. V. & Elisabeth Sacrario proximam nobiliore, quam dici possit, forma æris & marmoris

ris operibus an. 1778. 1779. 1780. erexerunt Fabr. Præf. Hi enim jure hæreditatis, qua utuntur, familiæ Maleſtæ, in id operam contulerunt, ut monumenta ejuſdem familiæ, quæ extabant in templo olim s. Franciſci Aſſiſinatis, (num. 1121. pag. CLVI.) ad templum maj. translata eſſent, & depicta a Gervaſio Gatti prædictæ Viſitationis tabula in Ara magnificentius extructa collocaretur.

TURRIS MAJOR *Vulgo Torracium* - - - - - - - - - 167. XXX.

HUjus excelsæ turris ædificium aliam ab anno 754. qui eſt in inſcriptione, epocham habet apud antiquos ſcriptores, a quibus accepimus quod *anno* 1284. *de menſe Februarii Cremonenſes incæperunt facere, & conſtruere ſuum Torracium apud Eccleſiam majorem, & ipſum compleverunt circa duos annos, & eis dederunt ſuccurſum, & auxilium ad dictum Torracium perficiendum tota pars Guelpha civitatum Lombardiæ &c.* Nemo tamen corruere putet inſcriptionem anni 754., quòd factiones Guelpha & Gibellina non extiterint ante ſæculum XII., neque falſitatis notam impingat epochæ anni 1284. Turris anni 754. alia eſt ab ea, quæ auxilium Guelphorum habuit, vel, illa diruta, hæc celſiſſima prædicto anno 1284. a Cremonenſibus erecta fuit. In hac Turri Fabricæ Præfecti anno 1790., lineam, qua meridianus ſol gnomonis umbra ſignatur, civium commodo deſcripſerunt, & amplum orbem ad horarum indicationem congrua loci magnificentia renovarunt.

Menſura altitudinis cubitorum 250. quæ in ipſa turre notatur marmore ſculptis characteribus, erroris argui non poteſt, ſi ponatur turris a fundamentis erecta.

BAPTISTERIUM - - - - - - - - - - - - - - 184. XXXV.

LUdovicus Cavitellus ſcribit ædificatum anno 1167. Peregrinus Merula *Santuario di Cremona* pag. 73. tit. s. Blaſii pandit epocham anni 900. ex ſcriptis Joannis Baliſtarii, *& quando Populus Cremonenſis conſtrui fecit Baptiſterium intra Civitatem ſuper platea publica currebant anni Domini* 900.

Hujus ædificii tholo elegantiori formæ reſtituto, in ipſa convexa fornicis parte, remotis plumbeis, laminas æreas aptius contexuerunt anno 1794. Fabr. Præf. opus dirigente Aloyſio Cantoni.

ÆDES EPISCOPALES - - - - - - - - - - - - - 175. XXXII.

DIrutis quæ olim ab Epiſcopis Oberto an. 1140. (179. XXXIV. 219. XLI.) Jo. Bono de Geroldis an. 1256. (182. XXXV.) Cæſare Speciano an. 1592. 1599. (181. XXXIV.) Alexandro Litta ann. 1728. 1735. (179. 180. XXXIV.)

ſine

ſine lege conditæ, & vetuſtate deformes erant, novas ampliſſimasque pro dignitate, & urbis ornatu archetypo Fauſtini Rhodii a fundamentis excitavit anno 1793. Præſul qui modo Cremonenſem feliciter regit Eccleſiam Homobonus Offredus Comes Patricius Cremonenſis, & Pontificio ſolio Aſſiſtens.

Dum hæc prælo ſubbiicerentur poſita eſt inſcriptio in pariete, ubi ſub amplo fornice cum areoſtylo tetraſtylo PUBLICA, & civibus COMMODIOR ſtrata lapidibus via eſt.

COMES HOMOBONVS OFFREDVS
EPISC. ET PATRIC. CREMON.
H. AEDIS EPISCOPALIS
VETERE DIRVTA CAL. MART. *MDCCXCIII.*
A FVND. ERECTAE
ADDITA PORTICV
IN MELIOREM FORMAM RESTITVTAE
VIII. ID. MAJ EJVSD. A.
PRIMVM LAPIDEM PONI
VRBIS DECORI CIVIVMQ. COMMODO
VIAM FORNICE PROTECTAM
HEIC INSTERNI EXORNARIQVE
CVRAVIT.

ÆDES TEMPLO MAJ. PROXIMA vulgo *Campoſanto* - 2075. CCLXXXVII.

INſigne antiquiſſimi ædificii veſtigium hoc loco ſervatur. Id eſt pavimentum opere muſivo; ad quod deſcenditur gradibus 14. in eoque intextæ ſunt hominum figuræ naturali fere magnitudine, quibus nomen inditum expreſſis litteris. Superiore loco *Centaurus* cum *Crudelitate* certat: inferiore quatuor ſunt juxta poſitæ, fides cum figura altera genuflexa, & *pietas*, quæ ab *impietate* transfigitur.

Muſivum opus picturæ ſimile marmoreis albis, & nigreſcentibus fruſtulis figuræ inſtar quadratæ confectum eſt, auctoribus græcis, ut Plinius ſcribit. Hoc modo pavimenta præſertim templorum, aliorumque ædificiorum concinne teſſelata ſternebantur geometricis figuris, rarius humanis, aut animalium. Plura extant hujus generis Romæ terram effodiendo detecta, quibus tabularum formæ aptatis, diætæ domorum ornari ſolent. Figurarum animalium muſivo opere celebratiſſimæ ſunt toto orbe columbæ a Plinio memoratæ, & medio hoc ſæculo tandem inventæ in ruderibus villæ Tiburtinæ Hadriani Imp. quæ minutis fruſtulis duriorum lapidum elaboratæ summum artis apicem intuentibus exhibent admirandum in muſeo Capitolino. Vitreæ vero maſſæ fragmentis muſiva facilius & elegantius coloribus omnibus perficiuntur, & umbris, ut a pictura nihil differre videantur. Mar-

Marmoreum, de quo loquimur, ad ætatem Romanorum referendum videtur, quum inſcriptiones omnes latinæ ſint. Quo vero tempore, quove uſui locus fuerit ædificatus diſquirendum tandem eſſet ab eruditis. Id unum moneo, humanum monſtrum, inter figuras illas caput habere caninum, quod Cynocephali nomine in fabulis notatur. Centaurus vero monſtroſus homo eſt inferiore parte equina, ſuperiore humana ſpecie conflatus.

Detecta hæc quæ videtur pavimenti pars anno 1770. a Comite Jo. Bapt. Biffio antiquitatis ſtudioſiſſimo, quum ibi effoſſa fuiſſet terra, ut ſacrarium Superius, vacuo ſubterraneo, majore ſalubritate gauderet. Alia fortaſſe, loco ruderibus egeſto, monumenta prodibunt aliquando, quibus antiquiſſimæ nationis mores dignoſcentur...

Quidquid ſub terra eſt in apricum proferet ætas.

Cœmeterium apud nos fuiſſe locum hunc Campoſanto vel cœmeterii partem, probant lapides ſub hoc titulo, & quæ in fodienda terra circa templum cadaverum oſſa paſſim reperiuntur. Cœmeterii usu ſublato, locum artifices quoſdam incoluiſſe traditum eſt; tum publica ibidem extructa bibliotheca, quam innuit inſcriptio num. 2078. & Ariſius confirmat to. 1. pag. 333. ſcribens Joannem de Stabilibus Vicarium Epiſc. anno 1483. teſtamento mandaſſe, ut ejus libri in bibliotheca ipſa reponerentur, & bonis ſuis *conſtituerentur duo ludi magiſtri ad erudiendos adoleſcentes, qui ad eccleſiaſticum inſtitutum propenſi eſſent.* Deinde ſplendidior eodem loco conſtructa aula habuit leges publice docentem magiſtrum. Demum fabr. Præfecti fungendo eorum muneri locum aptarunt, ubi archivium ſervant, & una conveniunt ædificiorum curationi operam dantes.

TEMPLUM S. ABUNDII EP. - - - - - - - - - - 263. XLVIII.

MOnachos Ord. s. Benedicti has ædes ſæc. X. incoluiſſe recentiores aliqui ſcripſerunt nullo fulti tam remotæ ætatis monumento. De Humiliatis res eſt manifeſta. Hic Ordo quibusdam a s. Benedicto mutuatis regulis anno 1174. a Mediolanenſibus in Germania captivis ortum habuit, quos ea de cauſa Federicus I. Imp. *Humiliatos* dimiſit. Cremonæ ſedem non unam obtinuerunt, quo tempore non ſatis conſtat. Splendidior fuit in ædibus s. Abundii, ut inſcriptiones teſtantur, quarum antiquior in obitu Præpoſiti generalis Petri Bottæ habet annum 1418. Hanc Humiliatorum ſocietatem s. Pius V. pontificia ſententia merito diſſolvit anno 1571. Haud multo poſt Carolus Borromæus Mediolani Archiepiſcopus egit cum Nicolao Sfondrato tunc Cremonæ Card. Epiſcopo, ut Clericos Regulares s. Cajetani de Theate accerſiret oblatis s. Abundii ædibus, quod eidem proſpere ceſſit, eosque, tanquam a Deo vocatos, Cremona excepit anno 1579. menſe Septembris. Pauci vero ab hinc annis ſo-

foluta Theatinorum familia, ædes easdem incolunt Fratres Ordinis S. Francifci de Paula, qui fubfidio funt Parœciæ ss. Nazarii & Celfi. De Domo Lauretana in eodem templo extructa vide infcriptiones, vel primum rerum geftarum titulum.

ERectum pietate & religione Cremonenfium anno 1078. ut Deus & ipfos, & Imperium, & Sedem Apoftolicam fortunaret. Gregorius VII. Rom. Pont. illud fibi creditum regendum accepit. Urbanus II. ædes omnes S. Agatæ Canonicis Lateranenfibus conceffit anno 1090. Celeberrimæ Comitiffæ Matildis favore id acceptum referri debet, ejusdem erga Cremonenfes munificentia *erectis ecclefiis Plebium Trium litterarum Joannis* (Terzagno) *Sexpillarum* (Sofpiro) *SS. Jacobi, Petri in Dulmona, Geminiani Guratæ, & Octovillarum* (Ottoville trans padum) *& in fuburbiis Cremonæ Ecclefiæ S. Agathæ, ibi conftitutis duodecim Canonicis Regularibus, affignatis multis fundis in vico Aquælongæ Bondoni* (Aqualonga Badona), *& territorio Caftrileonis*. Cavitel. ad an. 1115. Præpofiti ut mitra, infulaque uterentur a fummis Pontificibus obtinuerunt. Canonicos vero ipfos Lateranenfes Eugenius IV. anno 1440. transferri voluit ad ædes S. Petri accedente confenfu Abbatis Monachorum S. Benedicti, qui eas incolebant ab anno 1074. Ædes s. Agathæ Clero fæculari affignatas Callistus III. contulit Joanni Baptiftæ de Archidiaconis (de Artezago) anno 1457., quarum effet, ut vocant, Commendatarius. Demum Pius II. eidem Joanni Baptiftæ anno 1464. Præpofitum agere conceffit ea conditione, ut duorum annorum fpatio duos erigeret Canonicatus, quod fideliter præftitit. Quamvis vero ipfe ad Nepotem Canonicum Antonium Præpofituram tranferri obtinuerit anno 1468. tamen primus illius epochæ Præpofitus habendus eft. Ædem Antonius denuo a fundamentis excitavit. Additi deinceps fex canonicatus opera Hieronymi Trecchi Præpofiti anno 1507.

SÆculo XI. urbs erat in quatuor regiones diftributa, quarum fingulæ nomine portæ appellabantur s. Laurentii, Natalis, Aribertæ & Pertufii. Vicinia s. Andreæ, cujus epocha ignoratur, ad portam pertinebat S. Laurentii Monachorum S. Benedicti. Hi in ipfam s. Andreæ parœciam id juris habebant, ut qui effet Ecclefiæ Rector ipfi decernerent. Monachis poft quingentos annos eo loco amotis anno 1549. bona omnia vulgo *abbatialia* Clero fæculari addicta fuerunt, & qui iis gaudet titulum habet *Abbatis Commendatarii*. Is ftatim jus

habuit designandi Rectoris s. Andreæ, post paulo tamen ad urbis Episcopum consultius delatum est. Ab anno 1788. nova urbis in parœcias statuta divisione, ædes ipsa s. Andreæ ad viciniam pertinet s. Michaelis.

SEptimo sæculo florebat Cremonæ Ribaldorum familia militari virtute clara, & regni Optimatum favore potens. Religione non minus, & pietate præstans Templa duo eodem sæculo ædibus suis proxima ædificavit, unum ss. Cosmæ & Damiano, alterum s. Vitalis. Antiqui monachalis claustri vestigia illud servat, quod incolebant Benedictini. His bellorum causa migratis anno 1483. Prioratus nomine simul cum paræcia S. Vitalis habebat Commendatarium Alexandrum Pellizzarium, quod constat ex epistola Alexandri de Marianis Abbatis S. Sepulcri Placentiæ Ord. s. Benedicti, qui domum ss. Cosmæ, & Damiani subiectam dicit Abbatiæ S. Sepulcri *cum annexa Ecclesia parocchiali S. Vitalis*, ut videre est apud Peregrinum Merulam pag. 254. Haud multo post, altero ex Pellizzariis Commendatario Hieronymo ædes ss. Cosmæ, & Damiani obtigit Fratribus Ordinis Minorum Observantiæ s. Francisci hoc modo. Hi domum titulo S. Angeli habebant sæculo XIV. in suburbio omnium sanctorum, qua bello flagrante, diruta, Pellizzarius domo quadam illos in urbe excepit anno 1526. Demum anno 1534. ædem ipsam ss. Cosmæ & Damiani donatione iis contulit, quam Paulus III. Pont. Max. confirmavit, voluitque illos uti & bonis, & titulo s. Angeli. Benefactorum largitionibus & eleemosinis dilatatum cænobium, & templum magnificentius extructum.

Huic Ordini Min. Observ. s. Francisci nomen dederunt Cremonenses plurimi, qui doctrina, religionis zelo, fama sanctitatis claruerunt. Ab humili claustro vocati cathedram episcopalem conscenderunt Adiacii in Corsica Himerius Guardalupus non semel legatus Gregorii X., Tripolis in Syria Guiscardus de Guiscardis anno 1291. a barbaris, christianæ religionis causa, sævissime necatus, Bergomi an. 1403. Franciscus Regatius, Placentiæ, tum Papiæ an. 1383. Guillelmus de Centueriis. Ad Episcopatum in partibus infidelium assumpti fuerunt Antonius Mondinarius (de Multisdenariis) qui Cremonæ versatus est cum Episcopo Benedicto de Accoltis, Bernardinus de Cremona Bericensis in Armenia episcopus, tum suffraganeus in Majorica, & Jo. Antonius Cavedus Eucarpiæ in magna Phrygia, tum Comacli episcopus. Ex Cremonensibus pariter viros habuit idem ordo legationibus apostolicis, ordinis præfectura, aliisque dignitatibus illustres, quibus addendi Theologi plures, Oratores, eruditi, literatique viri. Hinc apparet (quod hoc loco libet interponere) copia clarorum virorum, qui ex Ordinibus Regularium ab ineunte sæculo XIII. facile pro-
die-

dierunt. Florebant maxime in cænobiis ingenia, cum ipſa vitæ conſuetudine, de qua nihil mutabatur unquam, tum litteraria, qua quotidie exercebantur, palæſtra, ac denique librorum copia, ipsàque ſapientum veluti irrigatione quadam exculta, quibus liberalium ſtudiorum commodis accedebat diſcendi ardor, & laudis æmulatio, ut mirandum potius eſſet aliquos ejuſmodi Ordinibus adſcriptos viros nec hilum proficere, quam ſi omnes moribus, doctrina multum, litterisque valuiſſent.

ÆDES B. V. *tit. Annunciationis* - - - - - - - - - - 437. LXXI.

INitio ſæculi XV. tot virginum receſſibus, alii hac, illac additi fuerunt titulo Annunciationis B. M. V. Duarum ejusdem inſtituti Placentia, & totidem e regione Venetorum adventu ortum habuit Cremonæ Monaſterium ejus nominis anno 1494. Dicta Virginum dote, & hæreditate, quæ acceſſit Jo. Franciſci Ariberti ædificata omnia, & auctus virginum Annunciationis numerus ætate Peregrini Merulæ ad 120.

ÆDES S. ANTONINI - - - - - - - - - - - - - 438. LXXI.

NUllo monumento edoceri lector poteſt quo tempore, & a quo erecta fuerit. Paræciam olim fuiſſe, & ab Euſebio Placentino Cremonæ Epiſcopo reædificatam anno 660. conſtat ex inſcriptionibus.

ÆDES S. ANTONII ABB. - - - - - - - - - - - - 444. LXXII.

QUi ædem hanc domumque primo incoluerit, incertum. Reædificatam a Georgio de Uſpinellis ante annum 1457. novimus ex inſcriptione 453. Rector hujus ædis modo *Abbas*, modo *Præceptor* dicitur, & Conradolus Stanga *Commendatarius*. Hic Romæ quum eſſet Prothonotharius Apoſt. de numero Participantium, huic Aedi a Sixto V. Rom. Pont. præpoſitus fuit. Alios s. Antonii ædes habuit Abbates ex eadem familia s. Vincentii, Balthaſſarem anno 1535., Joannem Baptiſtam anno 1570., & alterum ejusdem nominis anno 1596. qui proximis Clericis Regularibus s. Abundii ædem ipſam ceſſit anno 1611. bonis cæteris Commendatario reſervatis.

ÆDES S. APOLLINARIS - - - - - - - - - - - - 457 LXXIV.

INitium habuit anno 1016. ut fert inſcriptio 472. Erant olim urbi proximæ Ædes ss. Simonis & Judæ bellorum devaſtatione ſolo æquata ſec. XV. & antiquior altera s. Cruci dicata. Hæc diruta fuit a Barnaba Vicecomite Mediol.

duce ut arcem ædificaret. Bonorum præfertim ss. Simonis & Judæ facta acceffio Parœciæ s. Apollinaris. Hujus rei memoria Rector celebrare folemniter diem feftum ss. Simonis & Judæ, & Aram s. Cruci erectam fartam tectamque fervare confuevit *V. tit.* Arx s. Crucis.

TEMPLUM S. AUGUSTINI - - - - - - - - - - - 485. LXXVIII.

EO loci anno 801. ædificatum fuit templum div. Jacobo Apoft. dicatum de pecunia Caroli M. Imp., atque in ejus conspectu Stephanus II. Cremonæ Epifcopus primum lapidem folemniter pofuit in fundamentis. Parœciæ ftatim juribus infignitum adhuc extabat anno 1336. Cremonam advêntantes Auguftinenfes aliqui Heremitani parva æde facra, parvaque domo in fuburbio s. Sebaftiani utebantur anno 1254. Intra mœnia recepti anno circiter 1260. locum nacti funt prope templum s. Jacobi. Haud multo poft auctoritate Cacciacomitis de fummo Cremonæ Episcopi Ædi s. Thomæ martiri extruendæ manum admoverunt. Quum vero & populi frequentiæ, & Fratrum numero effent angufta omnia, ædem s. Jacobi anno 1336. rite obtinuerunt, qua diruta, & templum titulo s. Auguftini, & cænobium late ædificarunt, anno 1339. Rector s. Jacobi tot virorum doctrinam, & religionem admiratus, Parœciam, redditufque omnes iifdem ceffit. Auctam illam hac ætate, fplendidioremque feliciter adminiftrant.

Hoc Auguftinenfium Cœnobium viros tulit inter Cremonenfes doctrina & fanctitate claros, Guillelmum Amidanum anno 1342. Novariæ Epifcopum, fundatorem cænobii Papienfis s. Auguftini prope templum s. Petri in cœlo aureo, & Ven. Georgium de Lazolis infignem Theologum, reftauratorem Congregationis Infubriæ, & fundatorem Mediolanenfis Cœnobii tit. B. V. Coronatæ. *Vid. Indicem III.* claf. 5. Georgii frater Nicolaus & ipfe Auguftinenfis religione & doctrina floruit, ut Theologus & Orator interfuerit Concilio Bafileenfi anno 1434. Aris. to. 1. pag. 231.. Cavitellus ad an. 1452. pag. 204. tres ejufdem familiæ de Lazolis Auguftinenses *Beatos exiftimatos* commemorat Nicolaum Gregorium & Georgium *ex quibus Nicolaus fuit Episcopus* (fortaffe in partibus infidelium). Addo Nofocomium s. Alexii auctorem habuiffe Theophilum Tricinum Auguftinenfem, dum Cremonæ Concionatoris munere fungeretur an. 1569.

ÆDES S. BARBARÆ - - - - - - - - - - - - 628. XCVI.

HOc Virginum Collegium originem habuit a Magdalena Guerrina, quæ domum fuam Cæfaris Speciani Cremonæ Epifc. facultate quibusdam recipiendis puellis mundi illecebras fugientibus aptavit, parvumque facellum extruxit tit.

ss.

ss. Barbaræ, & Venturatæ, quod Episcopus die 8. Aprilis an. 1607. rite consecravit. Magdalenæ propositum juvarunt legatis Jo. Bapt. Mezzadrus, & Franciscus Cerealis. Aliis in dies bonorum accessionibus parva domus amplam Collegii formam accepit. Ædem illi adjunctam fuisse s. Hippolythi constat ex inscriptionibus. Arisius to. 1. pag. 170. tumulum Cineli de Summo fuisse scribit *in Ecclesia Div. Hippolythi, nunc ss. Barbaræ & Venturatæ*, quod, nisi huic illa accesserit, intelligi non potest. Hinc inscriptiones multo antiquiores, quas tit. s. Barbaræ attulimus, noverit Lector ad ædem olim s. Hippolythi pertinuisse.

Rem clarius aperiam cujusdam Mss. fide. Ædes extabat olim tit. s. Gabrielis, quam ædificaverat Joannes Romanus Episcopus Cremon., & Grisogonus Sardus Episc. concesserat Equitibus B. M. V. tit. Fratrum Gaudentum. Hi fere ruente domo parum tuti, alteram adepti sunt tit. s. Hippolythi an. 1235., eo loco migratis Monachis s. Benedicti, atque ut prioris domus memoria maneret, titulum addiderunt s. Gabrielis. Migrarunt pariter Equites Gaudentes anno 1347. qua data occasione locus obtigit idoneus Monachis Cisterciensibus, qui curam habebant Virginum proximi Monasterii (Cistello) ejusdem Ordinis. Tandem æde ipsa s. Hippolythi, ut dixi, auctum fuit Collegium s. Barbaræ. Bonis tamen præsertim s. Gabrielis erectum *Beneficium simplex*.

ÆDES S. BARNABÆ APOST. - - - - - - - - 637. XCVIII.

Ætate Rainerii Ep. an. 1296. inter Parœcias numerabatur. Secutis temporibus Beneficii, ut vocant, simplicis rationem induit, quo gaudet Canonicus Ecclesiæ Cathedralis pro tempore Archipresbiter.

TEMPLUM OLIM S. BARTHOLOMÆI APOST. - - 639. XCIX.

Carmelitæ, quos a Propheta Elia institutos ab Oriente in Italiam venisse eorum annales tradunt, Cremonam & ipsi propitiam habuerunt, quæ illos intra mœnia excepit anno 1298. in ædibus s. Bartholomæi, Parœciæ administratione iisdem tradita. Templum ædificaverat anno 1066. Ubaldus Cremonensis Episcopus. Claustrum, aliaque extruxerunt cives Glossiani, & Fossæ. Carmelitæ ipsi ad Monasterium s. Petri translati fuerunt anno 1782. & demum Clero sæculari commixti anno 1788.

ÆDES S. BASSANI EPISC. OLIM PARŒCIA - - - - 757. CX.

TEMPLUM S. CAROLI OLIM S. DOMNINI M. - - - 767. CXI.

ÆDES

SOlutus Humiliatorum Ordo, qui locum dedit Clericis Theatinis anno 1579. in Cænobio s. Abundii, locum dedit & Monachis Camaldulensibus s. Romualdi in Cœnobio s. Catharinæ anno 1590. concessione Rom. Pont. Gregorii XIV. Cremonensis. Soluta & ipsa Camaldulensium societas anno 1783.

Occasione hujus Camaldulensium Cœnobii Cremonenses quamplures Monasticum eorum institum amplexi, litteris, & ejusdem Ordinis dignitatibus claruerunt. In his Petrus Cannetus *natus*, inquit Arisius to. 3. Crem. Litter., *ad maximum Reipublicæ litterariæ incrementum*: Claudius Fromondus Phisicæ professor in gymnasio Pisano: Augustinus Romanus de Floribus variarum rerum scriptor; & Guido Grandius celeberrimus suæ ætatis mathematicus in Pisana Accademia proffessor, cujus vitæ ab Angelo Febronio editæ to. 5. *Vitarum Italorum illustrium hic finis est. Talis fuit vir, cujus merita in litteras nec oblivione eorum, qui sunt, nec reticentia posterorum poterunt esse sepulta.* Clarum Romæ est hac ætate nomen Henrici Sanclementii Abbatis s. Gregorii & a secretis Congreg. examinis Episc., qui laboriosissimum opus pregrandi volumine edidit anno 1793. typis Zempellianis *de vulgaris æræ emendatione*.

PAroeciæ honore gaudet. Vulgo titulum obtinuit s. Mariæ Magdalenæ, quòd ejus effigies ibi magna veneratione coleretur.

ORdo Fratrum Prædicatorum anno 1216. probatus, firmatusque fuit ab Honorio III. Rom. Pont. Propagatus fere in diebus paucis apparuit Cremonæ, & anno 1226. ab Episcopo Madalberto, urbisque proceribus suburbanæ ædes s. Guillelmi alumnis petentibus datæ sunt, quarum putens adhuc religiose servatur, in ædicula tit. s. Dominici. Ea tamen fuit statuta pactio, ur ædis dominio carerent si aliquando migrassent. Rem prospere gestam Fratres gratulati sunt invicem, ut mos est, & locum illum religiosis moribus aptarunt. Tutius vero quum esset, si bella incidissent, & populo commodius urbem illos incolere, duas anno 1238. in urbis centro sibi proximas ædes facile obtinuerunt, s. Martini juris Pontificii, & s. Agnetis. Nicolaus V. concessionem probavit

ea

ea conditione, ut uno juxta edificiorum ſuorum ichnographiam diruto, alterum s. Martino ſaccellum extruerent. Eo protinus exacto, & certis redditibus aucto Epiſcopus Canonicos aliquot ad illud regendum deſignavit. Quum tamen Monaſterii, templique ædificiis excitandis ædes illa s. Martini impedimento ſemper eſſet, Benedictus XI. ex eodem Ordine ad Pontificatum aſſumptus anno 1304. ædem, & bona, juraque omnia s. Martini ad Prædicatores tranſtulit, & ipſas s. Guillelmi ædes, ut iis ad ædificandum uterentur, ſi opus eſſet. Poſteris temporibus beneficentia Pii V. ex eod. Ordine Rom. Pont. an. 1567. facta eſt Prædicatoribus acceſſio Prioratus Ss. XII. Apoſtol. & Parœciæ Ss. Viti & Modeſti. Hæc latius quaquaverſum protenſa ad Templum s. Dominici translata eſt anno 1788. altero ex fratribus ſubſidium præbente in æde s. Viti.

Ædes, quam dixi, s. Martini, extat fere tota ad minorem Templi januam repoſitorii uſu. Protenditur in via publica ad orientem ſolem architectura, ut vocant, gothica, columunarum munimento, quæ capitula habent cum ſtemmate Picenardiorum.

Tot cumulati beneficiis Prædicatores gratiam rependere ſtuduerunt Religionis & Reipublicæ bonum ſpectando. In id autem operam feliciter impendiſſe verbo, ſcriptis, rebuſque geſtis palam faciunt dignitates, quibus ornatos plures novimus; qua de re agit Domaneſchius in libro *de rebus Cænobii Cremonensis Ord. Præd.* in quo Rolandum & Monetam alioſque ſcriptores complures enumerat, Cardinales Deſiderium Scaliam, & Philippum Thomam Hovvardum, Epiſcopos Nicolaum Tinctum, Hieronymum Politium, Danielem Barbovium, Deodatum Scaliam, Legatos ad Principes Nicolaum Tinctum ipſum & Danielem Barbovium, Jo. Paulum Nazarium, Michaelem Angelum Grandium, Julium Mercorum, Joſephum Mariam Aldriſium. De Thoma Turco Cremonen. totius Ordinis Moderatore doctrina & rebus geſtis mirabili hoc ſolum dicam, Philippum IV. regem Hiſpaniæ illum, dum eſſet Matriti, regni Magnatum ordini adſcriptum declaraſſe.

Hac ætate Cœnobium, & Patriam illuſtravit Thomas Auguſtinus Ricchinius Aulæ Pontificiæ Doctor eximius, rebus geſtis, & ſcriptis reip. litterariæ notiſſimus. Altioribus dignitatibus ubique habitus eſt dignus; has tamen meruiſſe ſat eſt, habere, res laboris & periculi plena.

Memoria extabat in ipſo s. Dominici templo, quam ſibi vivens poſuit cum inſcriptione parænetica. Petrus Jo. Franc. Gerenzanus, quo tempore collegii Canonicorum Eccleſiæ maj. erat Archipresbiter, quem deinde novimus Vicarii epiſc. munere functum. Accidit haud multo poſt ejus obitum, ut fracto memoriæ lapide, antiquior alter Gerenzanæ familiæ (num. 879. pag. CXXX.) loco eodem fuerit reſtitutus. Inſcriptio tamen Petri Jo. Franciſci ſervanda eſt, & inter deperditas adnumeranda, addito tempore, quo ex hominum conſpectu morte deceſſit. D.

D. O. M.
AVITIS CINERIBUS
ANNO (1756) MENSE (*Junio*) DIE (1)
ADDIDIT PROPRIOS
PETRVS JO. FRANC. GERENZANVS BONHOMI
S. R. I. LIBER BARO J. V. D. PROTH. AP.
CATHEDR. CREMON. ECCL. ARCHIPR.
ENIXE ORANS
NEPOTES SINGVLOSQVE GENTILITIOS
JVRE AD HOC SEPVLCRVM VOCATOS
VT GLORIOSAM RESVRECTIONEM
CONSEQVI DILIGENTISSIME STVDEANT

REſtaurata ſæculo XV. Viciniam habuit uſque ad an. 1788. Qui illam regebat vir doctrina & ingenuis moribus cl. Joannes Sormanus ad Præpoſituram s. Homoboni erectus eſt Vicarii Epiſc. munere quadriennio functus.

CRemonenſium pietas & religio, cujus tot hucusque protulimus argumenta, hoc etiam loco emicuit, teſtibus inſcriptionum monumentis. Præterea Rectori, qui ad vitæ rationem pro dignitate ineundam multa ſibi deeſſe conquerebatur, tribulium precibus ſubventum eſt ab Epiſcopo Coſtantio Fondulo anno 1420. qui audita Canonicorum ſententia, ædem s. Eraſmi auxit in perpetuum bonis proximi cujusdam noſocomii tit. s. Bartholomæi. Sublato paucis ab hinc annis jure Parœciæ, ædes hæc pertinet ad viciniam s. Clementis.

EXtra portam s. Lucæ non longe ab Æde s. Guillelmi moram trahebant circa annum 1260. Fratres Conventuales nonnulli Ordinis s. Franciſci. Locum & ipſi aliquem in urbe obtinuerunt anno 1288. Partim vero fundis, quos novi

vi afferebant alumni, ut vitæ subsidia haberentur, partim donationibus, & eleemosinis, auctus eorum numerus, dilatatum cœnobium, templumque ample ædificatum. Incidit anno 1773. dissolutio Presbiterorum, qui societatis Jesu, & Jesuitarum nomine appellabantur. Horum Collegium Conventualibus ipsis obtigit, quod inhabitant ab anno 1777. die 21. Apr. Ædes vero ipsorum pubblico civitatis bono assignatæ Nosocomio fuerunt.

Societas Consortii vulgo *della Donna* hoc loco fuit olim instituta simili ratione, quam diximus de Consortio s. Homoboni. Collatis piorum civium largitionibus societas hæc cultum respiciebat B. M. V. & subsidium pauperum, & egenorum, quatuor ex nobilium civium ordine, bonorum administrationi Præfectis. Hujus, & aliarum societatum Cremonensium tit. *charitatis* bona in unum collecta, a *Pio Instituto* regia voluntate ad civium utilitatem ordinate, profluere compertum est.

ÆDES S. FRANCISCI DE PAULA - - - - - - - 1243. CLXIX.

EXtructa olim fuit s. Arealdo, cujus Martiris ossa a Gherardo Maggio Brixiensi Episcopo dono excepit anno 1305. deinde in Templo maj. reposita anno 1484. Titulum etiam habuit aliquando omnium sanctorum, quem secum attulerunt Monachi s. Benedicti, huc parvo condito monasterio, bellorum incursionibus parum tuto, quod eo titulo incolebant extra mœnia, quo demum diruto, & Monachis omnia deferentibus, *Abbatia*, ut mos erat, pro Clero sæculari erecta fuit tit. omnium SS. anno 1405. aucta deinceps bonis s. Michaelis Novi, & s. Bernardi, olim Monachorum Cistercienfium. Julius Vertua Vicarius pro Cardinali Filomarino *Abbate Commendatario* anno 1617. die 22. Aug. illius nomine Fratribus s. Francisci de Paula Ædes ipsas concessit, quas incoluerunt eorum Fundatoris titulo usque ad annum 1789. quo ad Cœnobium s. Abundii translati fuerunt die 25. Julii.

ÆDES S. GALLI AB. - - - - - - - - - - 1250. CLXX.

ÆDES S. GEORGII PARŒCIARUM UNA - - - - 1274. CLXXIII.

ÆDICULA OLIM SODALITATIS SS. GERVASII ET PROTHASII - - - - - - - - - - 1298. CLXXVI.

ÆDES S. GREGORII MART. - - - - - - - 1302. CLXXVII.

NOtior est tit. ss. Trinitatis a sodalitate quadam, cui contigit ædes ipsa

hoc modo. Oldericus Episc. acceptum anno 990. a Spoletanis corpus s. Gregorii presbiteri, & martiris, a Cremonensibus haberi voluit. Quo loco ante oculos positum fuerit, ignoratur. In templo s. Michaelis veteris anno 1160. illud collocatum novimus ab Oberto Cremonæ Episcopo. Tribulium non pauci ex ipsa s. Michaelis vicinia corpus illud obtinuerunt anno 1369., æde tit. s. Gregorii extructa, qua speciali cultu servaretur. Anno 1590. vicinia ipsa, Præposito consentiente, sacram illam ædem dono dedit sodalitati, quam dixi. Hac vero penitus his temporibus extincta, in templo eodem SS. Trinitatis Paroecia s. Galli translata est.

TEMPLUM S. HELENÆ - - - - - - - - - 1322. CLXXIX.

ÆDificatum anno ære vulgaris 860. a Benedicto de Alphenis Episc. Crem. de sua pecunia, tradit inscriptio lapidi insculpta, quem ipse Episcopus primum in fundamentis posuit. Parœciis illam adnumeravit, aliquibus prope urbem Rectori assignatis jugeris, quæ adhuc ad illum pertinent. De gente Alphena a Pub. Consule propagata Benedictus habetur: sed Arisius, qui familiam ipsam sæculo elapso viguisse scribit, Benedictum Episcopum nominat sine ullo cognomine, secutus fortasse Cavitellum ad annum 860. Huic tamen habemus gratiam, quod nos certiores fecerit, a Ludovico II. Imp., dum Mantuæ esset, confirmata omnia fuisse, quæ a Lothario Benedictus acceperat. Redeamus in viam.

Ætate Card. Caroli Borromæi, ejusque sententia statutum fuit, reædificandam ædem vetustate deformem, & pene collabentem. Ædificii sumptibus bene perpensis, & de viciniæ pietate haud dubitans ejus temporis Præpositus Jo. Bapt. Piso Brambilla, manum operi admovit anno 1580., quod feliciter absolvit ineunte sæc. XVII. In confiniis urbis veteris hæc ædes posita erat, & pertinebat ad portam Pertusiam citra aquam. Urbem in veterem, & novam divisam olim fuisse notare præstat, si quando sermo occurrat de factionibus, quæ cum utraque urbis parte civium animos diviserunt. Aquæductus vulgo *Cremonella* civitatem olim claudebat. Latior facta citra aquæductum, urbs nova appellata fuit, de cujus unione cum vetere mentionem facit inscriptio 2123. quam habent stativa præsidii, & excubiarum in platea s. Agathæ.

Ædes s. Helenæ, recens statuta Paræciarum urbis divisione, subsidio nunc est Paræciæ s. Leonardi. Postremus Prepositorum Jos. Maria Bonafossa, qui simul Curiæ Episc. Canonicus Fiscalis fuit, & pro-Vicarius generalis, ad Cathedram s. Agathæ Pontificalibus decoratam evectus est anno 1788.

ÆDES

ÆDES S. HIERONYMI OLIM SODALITATIS S. JOANNIS DECOLLATI - - - - - - - - - - - - 1345. CLXXXIII.

TEMPLUM S. HILARII - - - - - - - - - 1348. CLXXXIII.

ANtiquior hujus loci notitia est anni 1477. quo Pasqualis Coppus Paræciæ s. Hilarii Præpositus eam cum bonis omnibus transtulit ad Fratres Jesuatos s. Hieronymi, quam donationem Episcopus Jacobus Antonius a Turre, una cum Canonicis suis, probavit, & subscripsit. Incidit illius ordinis dissolutio Clementis IX. Rom. Pont. sententia anno 1669. Omnia in *Abbatiam* conversa, quam primo obtinuit anno 1672. Galeatius Marescottus Archiep. Corinthi, & apud Regem Catholicum Carolum II. Apostolicus Legatus. Hac arrepta occasione Fratres Augustinenses excalceati, qui tunc Mediolani degebant, pacto statim cum Marescotto emptionis pretio, & placitis accedentibus Regio, Pontificioque, cœnobium s. Hilarii compararunt cum usu sacræ ædis. Eodem anno 1672. Cœnobii dominium legali forma ab Aloysio Cautio Vicario Episcopi traditum fuit Patri Laurentio a s. Joseph Commissario Ordinis, ut vocant, die 21. Octobris. Pauci Cremonam advenerunt vitæ subsidia quæritantes. Acceptam Parœciæ administrationem novem post annos dimiserunt, quam nullo fulti præsidio, initiis illis sustinere non poterant. Auctus in dies benefactorum, & sodalium numerus. Una ferebatur vox, templum esse reædificandum. Res pro voto cessit. Franciscus Ferrarius (qui fortasse tumulatus fuit in templo olim s. Francisci num. 1172. (testamento mandavit, ut, fundo permanente, quo missæ duæ singulis diebus in perpetuum celebrarentur, bonis suis omnibus executores uterentur ad novum titulo s. Hilarii templum erigendum. Cœptum ædificium anno 1716., sed quum ad rei magnitudinem longe majoribus opus esset adjumentis, perfici, nisi piorum oblationibus, & eleemosinis non potuit usque ad annum 1766.

TEMPLUM SS. HIMERII ET THERESIÆ - - - - - 1364. CLXXXVI.

UNius civis opera Cœnobium Cremonæ habetur Carmelitarum excalceatorum. Is fuit Cæsar Vidonus marchio s. Joannis in Cruce. Ejus frater natu minor nomen dederat eorundem Carmelitarum instituto, & Joannes Petrus ab Assumptione appellabatur. Hic in ipso juventutis flore Cremonæ versabatur anno 1605. mense Majo salutis tuendæ gratia, sociumque secum duxerat Marium a Purificatione, quocum assiduis religionis, & pietatis officiis vitam agebat in ipsa fratris domo. Id Marchioni omnia conspicienti adeo placuit, ut statim mente agitaverit, utile esse tales viros accersire, & Cremonæ consistere.

Consilii gravitati par fuit rei juvandæ Marchionis liberalitas, & munificentia. In vicinia s. Erasmi domum illis decrevit, quæ & habitationi, & templo construendo, & hortulo colendo sufficeret. Suppellectilem necessario vitæ usui, & sacris perficiendis diligenter paravit, non minus in rebus agendis promptus, quam excogitandis. Brevi tempore quod ipse in votis habuit, adeo feliciter est consecutus, ut insequente anno 1606. die 5. Julii Carmelitæ templo SS. Himerio, & Theresiæ ædificando manum admoverint, teste inscriptione 1391. Civitas ipsa rei dignitate mota, bis mille argenteis nummis, quos scutata vocant, ædificii constructionem juvare decrevit. Carmelitæ, ut grati animi erga Vidonos, eo quo poterant modo, testimonium præberent, sacellum majus jure patronatus Vidonorum familiæ tradiderunt, positis in apside monumentis cum effigie Cardinalium Hieronymi, & Petri, quos idem Ordo benemeritos habuit.

Carmelitis ipsis ita fuit Cremonensium propitia voluntas, ut tribus Genuensibus accersitis ejusdem Ordinis Virginibus, haud multo post Cremonæ Monasterium erexerint titulo ss. Joseph & Theresiæ, anno videlicet 1613. Qua in re denuo claruit Cæsaris Vidoni pietas & munificentia. Nam Cremonam adventantibus prædictis Virginibus Christo dicatis, a Præfecto arcis s. Crucis obtinuit, ut præsidium illis obviam iret die 3. Aprilis ejus anni, ipso Marchione pluribus Carrucis (vulgo carrozze) præeunte. Tali comitatu, magnaque populi frequentia in urbem solemniter ingressas, & iisdem custodes appositos fratres, Marchio in suam illis aptatam domum hospitio recepit. Joannes Baptista Brivius Ep., quo die in monasterium virgines illas introduxit, magno Nobilium civium stipatus numero, orationem habuit pastorali munere, & rei gravitate dignam, & quatuor virgines puellas habitu s. Theresiæ indutas senioribus tradidit probandas.

Hæc omnia accepimus ab ipsis Carmelitis, e quorum archivo olim acceperat Peregrinus Merula.

TEMPLUM SS. ÆGIDII ET HOMOBONI - - - - - 1392. CXC.

HUjus Templi antiquitatem tradit inscriptio 1392. cui addi potest pia s. Homoboni consuetudo, qui sæpissime ante Crucifixi in eo existentem imaginem, & noctu ante ejusdem Templi fores orabat. Ædificatum fertur ab an. 949. Titulo deinde ipsius di. Homoboni Collegium Canonicorum habuit, quod anno 1522. ingruentibus undique bellis dissociatum, ac veluti deletum jacuit usque ad annum 1697. quo nobiles viri Consortii Regentes restituendum curarunt, Præposito Julio Cæsare Negri bullarum expensas Romæ solvente. Posteris temporibus auctus Canonicorum numerus, reædificatum, ornatumque Templum, & Præpositi sedes Pontificalibus decorata anno 1731. opera præsertim nobilis familiæ Vicecomitum.

Ce-

Celebratum est apud nos *Consortium* s. Homoboni, de quo mentionem hoc loco facere occasio ipsa nos monet. Cavitellus anno 1356. *inchoatam fuisse*, scribit, *societatem Consortii s. Homoboni*, & *cœptam celebrari ejus solemnitatem* (diem vero festum anno 1648.) Ugolinus Ardengherius Ecclesiæ Cremon. præerat. Canonica vero ratione erecta societas fuit an. 1508. sedente Episcopo Hieron. Trevisano. Hæc societas id habuit instituti, ut largitionibus civium beneficentia collatis, cultu s. Homoboni promoto, subventum esset egenis, & pauperibus urbis. Progressu temporis ad hoc Consortium bona accesserunt quamplura, quibus administrandis statutum fuit, ut quatuor genere, & probitate cl. cives *Regentium* nomine præessent, qui a populo eligebantur.

ÆDICULA OLIM DOMUS S. HOMOBONI - - - - 1425. CXCVI.
TEMPLUM SS. JACOBI ET VINCENTII - - - - 1427. CXCVII.

Cœnobium s. Jacobi Cremonæ tertium erat Fratrum Humiliatorum. Soluto eorum Ordine, ut diximus, a s. Pio V. Pont. Max. anno 1571. locum in hoc Cœnobio habuerunt, petente Card. Carolo Borromæo Mediol. Archiep. Clerici Regulares tit. s. Pauli Ap. anno 1550. a Julio III. privilegiis Canonicorum Lateranensium, & a Gregorio XV. iis aucti, quibus gaudent Theatini. Ferrandus Bonetus proximæ Parœciæ s. Vincentii Rector angustiorem s. Jacobi ædem intelligens, quam posset accursum populi continere, Paræciam ipsam dimisit Clericorum favore anno 1584. Hæc ædi s. Jacobi conjuncta anno 1585., & Cœnobium deinceps dilatatum, & Templum splendide instauratum titulo ss. Jacobi, & Vincentii. Testem consecrationis deperditum, vel consumptum lapidem num. 2245. pag. CCCXVIII. reperii in Sanctuario Merulæ pag. 58.

Inscriptionem alteram offendi (cæteris jam excusis) Ugolino Regazzolæ positam, quam ad hoc templum pertinere scribit Arisius to. 3. Cremonæ litter. pag. 337., ubi alterius Ugolini Decurionis mentionem facit. Illa est hujusmodi. UGOLINUS REGAZZOLA CAUSIDICUS GRÆCÆ ET LATINÆ LINGUÆ ET ARTIUM LIBERALIUM PERITISSIMUS HIC JACET CUM D. OLIMPIA DE BRESSIANIS EJUS UXORE. OBIIT 9. KAL. DECEMBRIS 1512.

Carmelitis anno 1788. Clero sæculari addictis, Clerici ipsi Regulares Monasterium obtinuerunt s. Petri, quod urbis decori, & regularis vitæ commodis aptatum ingressi sunt exeunte Junio anni 1789., subsidiumque præbent Paræciæ s. Georgii. Hic ordo præcipuum habuit auctorem Ven. Antonium Mariam Zaccariam Lazari filium Cremonensem patricium anno 1533. Is bona sua omnia, juraque tribuit nascenti Congregationi, quam initiis ipsis morum sanctitate, sacra ministrando vi, & copia dicendi, doctisque libris editis illustravit. Obiit Cremonæ anno 1539., ætatis suæ 39. sed cadaver delatum magna pompa Mediolanum fuit, ubi vir sanctitate conspicuus coli cæpit. Hac ætate agitur

Romæ

Romæ de declaranda illius ſanctitatis fama virtutibus firmata, id ſplendoris ſibi & Cremonæ accedere curantibus ipſis Clericis Regularibus s. Pauli.

ÆDICULA S. JOACHIM CONGREGATIONIS MISSIONIS 1447. CCI.

ÆDES S. JOANNIS EQUITUM HIEROSOL. - - - - - 1448. CCI.

JAno olim dicatum eo loci templum veteres tradiderunt. Qua vero ætate Cremonenſes s. Joannem ibi coluerint, penitus ignotum. Inſcriptionum hujus templi antiquior eſt anni 1283. Nullo pariter monumento ſtatui poteſt qua ratione, quove tempore hæc ſatis pinguis vulgo *Commenda* Equitibus s. Jo. Hieroſol. obtigerit. Interim non alienum videtur hiſtoriæ hujus equeſtris Ordinis capita quædam leviter hoc loco attingere. Militaris & religioſus Ordo a Balduino Rege Hieruſalem fuit inſtitutus anno 1118. Selecti equites ampla domo prope templum recepti Templariorum nomine vocabantur, atque in id incumbebant, ut opem ferrent peregrinis, & tuta redderent itinera ab incurſionibus Saracenorum. Eodem inſtituto alter Hieroſolymis vigebat Ordo equitum s. Joannis, qui Hoſpitalarii appellabantur. Hi proceſſu temporis parum tuti non ſolum graſſantium barbarorum cauſa, verum etiam Templariorum dubia, ne dicam fide mala, quos Saracenis uſque favere ſuſpicio erat, Rhodum inſulam adjuvante Philippo Pulchro Francorum rege ſeceſſerunt exeunte ſæculo XIII. vel ineunte XIV., dum rebus cognitis Clemens V. Rom. Pont. Templariorum Ordinem merito delevit in Concilio Viennenſi (*Vienna Allobrogum in Gall. Narbon.*) anno 1311. ampliſſimasque eorum opes adjudicavit Equitibus Hoſpitalariis, qui deinceps Rhodo, inſulaque a Turcis ſubacta anno 1525. Melitam inſulam a Carolo V. Imp. obtinuerunt, antiqua ſemper retenta denominatione Equitum domus hoſpitalis s. Joannis Hieroſol. & militaris Ordinis s. Sepulchri.

Ad Ædem rediens s. Joannis, non valde repugnarem, ſi quis affirmare vellet, hanc Equitibus Hieroſol. adveniſſe Templariorum diſſolutione, ad quos fortaſſe pertinebat. Favet ſic opinanti non ineptum argumenti genus. Nam veterem reſtauratam portam domus conſpicienti, ſervata apparet antiqua portæ forma exhibens in epiſtylio opere anaglyptico Chriſti Servatoris effigiem corona clauſam, ſubtusque ſimplici ductu deſcriptam crucem quatuor conflatam partibus rectangulis æqualibus. Hac crucis forma Templarii utebantur, unde ſtatui poſſe videtur locum ad illos pertinuiſſe.

Hac ætate ampliſſimi hujus Ordinis s. Jo. Hieroſol. merito geſtant inſignia ex Cremonenſibus, patre omnes marchione.

D. Franciſcus Pallavicinus.

D. Fabius Ala.

D. Petrus Sorexina Vidonus.

D. Scipio Gadius.

D. Bartholomæus Sorexina Vidonus.

ÆDES

ÆDES S. JOANNIS NOVI - - - - - - - - - - 1456. CCII.

VIrgines Ordinis s. Benedicti prope urbem loco s. Zeni monasterium olim habuerunt. Bellorum incursionibus parum tutæ, hospitium quoddam nactæ sunt in urbe anno 1380. ædemque s. Joannis Novi. Ædificato in dies monasterio, dirutoque altero s. Zeni anno 1526. in urbem omnes se receperunt. Iisdem vero paucis abhinc annis ad societatem reversis, datus *Orphanis* pueris locus, quos ad artes præcipue instituere, reipublicæ bono, singularis illos regentium cura est.

ÆDES TIT. OLIM S. JOSEPH PII MULIERUM INNUPTARUM COLLEGII - - - - - - - - - - 1471. CCIV.

ÆDES SS. JOSEPH ET THERESIÆ OLIM VIRGINUM ORDINIS CARMELIT. - - - - - - - - - - - 1472. CCV.

VIde quæ scripsimus tit. Ss. Himerii, & Theresiæ. Ad has ædes nuper translatum est Collegium mulierum innuptarum s. Joseph, Carmelitis virginibus Claustri custodia solutis anno 1782.

ÆDES OLIM SS. JOSEPH ET MAGDALENÆ VIRGINUM S. BENEDICTI - - - - - - - - 1477. CCV.

TEMPLUM S. LAURENTII M. - - - - - - - - - - 1481. CCVI.

QUæ ad notitiam hujus loci pertinent Cavitellus narrat ad annum 990: *Oldericus Præsul Cremonæ procuravit erigi monasterium & ecclesiam in honorem divi Laurentii ex suo proprio patrimonio & ære in loco ubi erat sacellum ei dicatum extra civitatem ibi deputatis Monachis, eisque Guazzone Abbate dato ad serviendum omnipotenti Deo sub regula divi Benedicti*. Ad annum vero 1546. migratos scribit Monachos, & locum datum Monachis Congregationis Montis Oliveti. *Ubertus Gambara Cardinalis sanctæ romanæ ecclesiæ & commendatarius perpetuus Abbatiæ divi Laurentii Cremonæ, ejus ecclesiam, & domos magnificas, inde dimissis Monachis suis, auctoritate apostolica concessit Monachis Montis Oliveti divi Benedicti, qui de mense Aprilis se contulerunt in eas habitatum dimissis ecclesiis, & domibus eorum divi Thomæ, & concessis monialibus dominæ s. Mariæ nuncupate de Columba Ordinis Cistercienfium conventualium.*

Hujus

Hujus Monasterii Abbas cl. Angelus Maria Mediolanensis ex comitibus de Secchiis curam præcipue instaurando, ornandoque templo convertit, quod non paucis sumptibus perfecit anno 1790. Data occasione marmoream arcam, quæ est egregium renascentis sculpturæ opus, in medio sacelli familiæ de Meliis, sartam, tectam, nitidamque bonarum artium amatoribus servandam monuit.

TEMPLUM S. LEONARDI - - - - - - - - - 1527. CCXII.

QUo tempore erectum fuerit, ignotum. Extitisse sæculo XIV. certum est. Nam Fratres Ord. Servorum B. V. sacra hujus templi administrabant, ut eorum annales tradunt.

TEMPLUM S. LUCÆ - - - - - - - - - - 1557. CCXV.

ODdo Cardinalis, & Cremonæ Episcopus anno 1165. hoc templum excitavit de sua pecunia, & primum in fundamentis lapidem posuit die 21. Septembris. Viciniam initio habuisse jure præpositura, seu parœciæ, tradit inscriptio 1612. in obitu Præpositi Bernardini de Guiscardis anno 1259. Alii de eodem templo benemeriti fuerunt. In his Anghinorius Aqualonga, qui Beneficiarios duos instituit, Sacrarium ædificavit, & templi faciem ornavit, additis leonibus marmore sculptis. Ornata deinceps lapidibus ipsa templi facies a Pisenato, & Andrea fratribus de Pisenatis anno 1471. teste publico instrumento ejus anni, quo constat, illis, & eorum posteris in eodem templo comcessum sepulcrum (num. 1571.) imposita iisdem largitione decem librarum imperialium, quæ prædicto operi faciundo impenderentur.

Clemens VII. Rom. Pont. anno 1532. locum dedit fratribus, qui ea ætate vocabantur Amadei ab Amadeo s. Francisci alumno, cujus exemplo Cremonæ apud oppidum Castrileonis ortum habuit Congregatio Fratrum s. Francisci de Observantia a Sixto IV. Pont. Max. confirmata an. 1471. Amadei illi Præposituram, non pro redditibus, aut titulo, sed pro officiis, & ritibus ecclesiæ administrandis, habuerunt. Quum enim Apollonius Salandi s. Lucæ Præpositus anno 1528. Amadeis sponte cessisset templum, domos, & hortulum, instrumento Curiæ Episcopalis firmata cessio fuit, reservatis Episcopo juribus reddituum, & tituli Præpositurae, *non jam Collegiatæ*, ut habet instrumentum. Hæc enim quamvis esset vulgo vocitata, & Canonici quidam in prædicto instrumento pro Pisenatis nominentur, non erat tamen jure erecta, nec a Curia Episcopi probata.

Pius V. s. Petri Cathedra potitus Amadeis conjunctos voluit fratres Minores Observantes ejusdem Ordinis, qui in suburbio s. Sebastiani parce ac duriter

vitam

vitam agebant. Id accidit anno 1567., quo tempore Congregatio Amadeorum decrescere cœpit. Alterum Cremonæ existebat, ut vidimus, Minorum Observantium Cœnobium titulo s. Angeli. Exactis 200. & amplius annis Minores Observantes S. Lucæ anno 1772. translati omnes ad illud fuerunt, ut una essent. Nova autem Parœciarum urbis facta divisione anno 1788. Præpositura s. Lucæ post tria fere sæcula est restituta.

TEMPLUM S. LUCIÆ V. M. - - - - - - - 1629. CCXXIV.

Fertur ædificatum anno æræ vulgaris 622. quo tempore Theodelinda Longobardorum Regina decrevit, Cremonenses posse urbem ab Agilulpho direptam, & labefactam reædificare. Obscuram, qui velit, antiquitatem exploret. Præpositos suos hanc ædem habuisse compertum est. Horum postremus Christophorus Brumanus anno 1583. Clericis Somaschensibus locum dedit, qui jam Collegio *Orphanorum* præerant in ædibus ss. Vitalis & Geroldi. Cessionem Gregorius XIII. probavit. Sodalibus, quibus opus erat, accersitis, Ædes s. Luciæ Somaschenses ingressi sunt anno 1584. Post aliquanto de Collegio ædificando agebatur. Sumptibus, non sine spe auxilii, perpensis, jacta Collegii fundamenta anno 1604.: sed nisi lento gradu erigi potuit, nec absolvi, nisi anno 1642. Sublato jure Parœciæ, Somaschenses hac ætate adjutores sunt Parœciæ Ss. Ægidii, & Homoboni. - - - -

Hujus Collegii tres illustres viros Ordinis Somaschensis Moderatores ad posteros defert inscriptio 1637. Carolum Mariam de Lauda, Franciscum Mariam de Manariis olim Phisicæ professorem in Ticinensi Gymnasio, & Jo. Mariam de Lugo, quibus addendi memoria digni Jos. Hieron. Sementius Theologiæ professor in Lyceo Ticinensi, Chronographus Caroli II. Hisp. R. Orator, Poeta &c. de quo vid. Aris. to. 3. p. 183. Michael Angelus Bottus Theologus, & Orator egregius, Ignatius Tadisius doctrina & eruditione clarus, & Augustinus M. Sonsis vir litteris, poesi, & eloquentia præstans.

TEMPLUM SS. MARCELLINI ET PETRI - - - 1656. CCXXIX.

Cœptum ædificium nobilis architecturæ legibus a Cæsare Speciano Episcopo de sua pecunia anno 1602. & ejusdem hæreditate perfectum a Presbiteris olim Societatis Jesu, qui anno 1599. Cremonæ Collegium ingressi sunt, extructum, firmatumque donationibus Margaritæ a Turre, Christophori Fonduli, Pauli Fossæ, Nicolai Amidani &c. Dissolutione ejusdem Societatis a Clemente XIV. ex Ordine Min. Conventual. Pontif. Max. decreta, & palam facta die 16. Augusti an. 1773. hoc Collegio Cremonæ potiti sunt Minores Conventuales anno 1777.

ÆDES SS. MARGARITÆ ET PELAGIÆ - - - - 1660. CCXXX.

PArœcia olim fuit. Bonis aucta Canonicorum, & Virginum Lateranensium; quorum Monasteria prope urbem titulo s. Pelagiæ eversa fuerunt, Prioratus nomen obtinuit. Hieronymus Vida, Albæ Episcopus hoc Prioratu donatus, elegantioris architecturæ operibus, & celeberrimi Julii Campi picturis refectam ædem ornavit anno 1547. Cæsar Specianus Ep. anno 1592. eo loco Collegium Clericorum doctrina, & Ecclesiæ ritibus instituendorum, erexit, quod hac ætate floret quam maxime, curis, & vigilantia optimi Pastoris, qui morum disciplinam, & studiorum rationem ita promovet, ut ingenio, & probitate selecta juventus, in curam gregis aliquando, sic instituta, merito vocari, & tuto consilio possit.

ÆDICULA OLIM S. MARIÆ ANGELORUM - - 1674. CCXXXII.

EXtabat in finibus viæ vulgo *Prato*. Initio hujus sæculi a Gallis eversa fuit.

ÆDES S. MARIÆ IN BETHLEM - - - - - - 1676. CCXXXII.

ÆDES OLIM S. MARIÆ IN ORTU - - - - - - 1678. CCXXXIII.

HAnc Galli Cremonæ hiemantes anno 1702. rabie perciti destruxerunt, quod, quum esset muro urbis proxima, Joannes Baptista Cozzoli illius Rector ductum quemdam subterraneum ad fossam Austriacis, ad Ollium hibernantibus manifestaverit, per quem in domum suam sexaginta ex ipsis electos milites noctu introduxit die 1. Februarii, qui statim porta Omnium Ss. potiti sunt, & ab Eugenio Duce parata legio irrupit in urbem.

ÆDES S. MARIÆ PACIS TITULO OLIM VIRGINUM S. FRANCISCI - - - - - - - - - - - - 1691. CCXXXIV.

ÆDES S. MARTHÆ - - - - - - - - - - - 1694. CCXXXIV.

LUdovica Torella Guardistalli Comitissa anno circiter 1545. Monasterium Mediolani erexerat Angelicarum. Valeria de Aleriis Cremonensis Octaviani Burgi uxor, alterum ejus exemplo Cremonæ titulo s. Martæ ædificavit anno 1548. quo similiter Angelicæ Virgines reciperentur. Ex his sex claustrum ingressæ sunt anno 1550. sed vitæ monasticæ, & angelici indumenti modus,

nisi

nisi anno 1553. constitutus. Torella enim duxerat interea Cremonam duas Angelicas Mediolanenses, ut rebus omnibus formam darent, & novo monasterio præessent. Aucto in dies Angelicarum s. Marthæ numero, primum templo ædificando manus admota anno 1582. deinde vero dilatatum monasterium anno 1608.

ÆDES S. MATTHÆI - - - - - - - - - - 1702. CCXXXVI.

CRisogonus Sardus Cremonæ Episcopus ædem hanc a fundamentis erexit anno æræ vulgaris 521. & Parœciam dixit anno 523. In ipsa æde ante Aram max. sepulcrum sibi elegit, cujus inscriptionem Præpositi servarunt in archivo. Eadem narrat Cinellus de Summo templi maj. Canonicus in libro, quo vitas Episcoporum Cremonensium descripsit usque ad Sicardum Casellanum. Agilulpho Rege Longobardorum urbem diripiente, & devastante hæc ædes solo æquata: sed anno 638. reædificata. Iterum eversa bellorum incursionibus anno 1013. & denuo restituta anno 1293. a Gregorio Foliata Rectore. In supercilio januæ domus Præpositi extant Cæsaris Speciani Ep. insignia, quæ docent domum ab ipso ædificatam. Paucis abhinc annis Parœciarum numero expuncta presbiterum habet Subsidiarium Parœciæ s. Dominici.

TEMPLUM S. MATTHIÆ AP. - - - - - 1714. CCXXXVIII.

TEMPLUM S. MICHAELIS VET. - - - - - - - 1737. CCXL.

FErtur ædificatum anno 630. quum Theodelinda Longobardorum Regina Cremonensibus ab Agilulpho vastatione exilioque jactatis, potestatem fecit reædificandæ urbis, ut vidimus agentes de Templo s. Luciæ. Collegium Canonicorum in templo s. Michaelis aliquando extitisse, probant inscriptiones 1749., 1752., 1759., 1972.

ÆDES S. MONICÆ - - - - - - - - - - 1764. CCXLIV.

SÆculo VII. extabant hoc loco Virgines Ordinis s. Benedicti titulo s. Salvatoris. Paulus II. Rom. Pont. petente Blanca Maria Vicecomite Sfortia Cremonæ domina, mandavit reformandum monasterium, & legibus, moribusque subiiciendum Ordinis s. Augustini, & quæ hunc Ordinem Virgines profitebantur, in illud introducendas. Omnia Stephanus Butichiella Cremonæ Episcopus est executus post Blancæ Mariæ obitum anno 1471. & Monasterio titulum s. Monicæ decrevit. Sic institutæ Augustinenses Virgines illico claruerunt. Nam e Ducali familia Sfortiæ, aliisque Mediolani clarissimis plures ad hoc monasterium virgi-

nes accesserunt. Ludovicus præterea Mediolani Dux, qui sororem in illis habebat Blancam Franciscam, obtinuit ab Alexandro VI. Rom. Pont. ut aucto Virginum numero, augerentur & bona Monasterii. Augustinenses illis adfuerunt usque ad annum 1580.

ÆDES SS. NAZARII ET CELSI MM. - - - - - - 1766. CCXLV.

NUllo potest illustrari veterum monumentorum testimonio. Recens illam illustrat Præpositus Antonius Moncassolius juris scientia clarissimus, qui simul Vicarii Generalis Episc. munere fungitur.

ÆDES S. NICOLAI EP. - - - - - - - - - - 1797. CCXLIX.

PAroeciæ Rectorem habuit usque ad annum 1788. Ætate Cæsaris Speciani Crem. Episcopi aucta fuerat juribus s. Michaelis Novi, cujus ædes Collegio & Templo ss. Marcellini, & Petri olim Societatis Jesu ædificandis, diruta fuit. Placet hoc loco Peregrinum Merulam commemorare Paroeciæ s. Nicolai olim Præpositum pium, & eruditum virum, cujus liber *Santuario di Cremona* nos in texendis historicis & chronologicis adnotationibus istis non parum juvit.

ÆDES TITULO S. NOMINIS MARIÆ V. - - - - 1816. CCLII.

ÆDES OLIM S. PANTALEONIS - - - - - - - - 1819. CCLII.

ÆDES S. PAULI APOST. - - - - - - - - - - - 1830. CCLIV.

PErtinebat olim ad Monachos s. Benedicti, deinde ad Canonicos Lateranenses, demum hac ætate presbiterum habet adjutorem Paroeciæ s. Apollinaris. Titulo seq. rem clarius compertam habebis.

TEMPLUM S. PETRI APOST. PRINCIPIS - - - - 1866. CCLIX.

DOnatione conjugum ditissimorum Ardinghi, & Edinæ anno 1068. Monachi Ordinis s. Benedicti templa septem ab illis ædificata, bonaque eorum omnia adepti sunt. Templa domosque præcipue incoluerunt ss. Petri, & Pauli additis Paroeciæ juribus, aliis eorum nutu administratis a Clero sæculari. Abbas Christophorus de Rubeis, qui anno 1479. bellorum, & pestilentiæ causa, solus manserat in ædibus s. Petri, omnia sponte dimisit arbitrio Sedis Apostolicæ. Eugenius IV. Rom. Pont. ut notavimus tit. s. Agathæ Canonicos Lateranenses transferri eodem anno voluit ad Monasterium s. Petri. Abbati vero de Ru-

Rubeis conceſſum, quod petierat, ut in ædibus s. Pauli poſſet conſiſtere, amplo agendæ vitæ illi decreto ſubſidio. Canonicorum Lateranenſium unus ſecutis temporibus Rectorem pariter agebat s. Pauli. Accidit vero, ut Canonici ipſi Lateranenſes s. Petri anno 1782. Clero ſæculari adjuncti fuerint. Locus datus primo Carmelitis eodem anno, deinde Clericis Regularibus s. Pauli anno 1789.

ÆDES SS. MULIERUM PŒNITENTIUM TITULO - 1860. CCLVIII.

MUlieres errorum pœnitentia ductæ a Bernardino Picenardo hoc beneficium acceptum referunt, ut illius hæreditate, primum ab Alexandro Litta Epiſcopo extructis ædibus, hoc tuto recipiantur loco, & alantur, atque Eccleſiæ adjumentis firmentur in bono.

TEMPLUM S. PHILIPPI NERII - - - - - - - - 1863. CCLVIII.

ERecta hoc loco anno 1711. domus Congregationis Presbiterorum s. Philippi Nerii. Ortum primo habuit in ædibus s. Matthiæ, favente Præpoſito Franciſco Nollio, qui anno 1708. aliquos ſecum admiſit presbiteros, quibus, ut in Congregationem convenirent Philippinorum, opibus non paucis auxilium ſe præſtiturum promiſerat. Acceſſit eodem anno donatio Thomæ Vidoni Romæ Præſulis, & Cameræ Apoſtolicæ Clerici, qui teſtamento legavit aureos 12m. ea lege, ut Congregatio s. Philippi Cremonæ quamprimum firmaretur. Adventu Joannis Baptiſtæ Ariberti, qui Brixiæ eodem utebatur vitæ inſtituto, mutata presbiterorum voluntas manendi in ædibus s. Matthiæ. Aribertus idem a Bartholomæo patre theatrum ſuis ædibus proximum, & jure familiæ Aribertum appellatum, obtinuit, quod præcipue Templi formæ aptari quam facile poterat. Res proſpere ceſſit, & anno, quem dixi 1711. Congregatio rite conſtituta initium habuit. Sodalium unus doctrina, & pietate cl. Joſeph Capra Cremonenſis rem progreſſu temporis adeo juvit, ut ſtatuere potuerit, bonis quæ Congregationi legavit, quatuor alendos ſodales, quin ſymbolam dent.

Hoc loco non eſt prætereundum, ſodalem, quem dixi, Congregationis præcipuum Joannem Baptiſtam Aribertum poſtea Romæ Præſulem anno 1730. magnis ſuis ſumptibus Rectorem fuiſſe Conclavis, quo poſt menſes quinque datus Eccleſiæ Paſtor Clemens XII. Quum tamen pro meritis, ut mos erat, nihil proficeret, Venetias petiit reliquo vitæ tempore ornatus Palmirenſi Archiepiſcopatu in partibus infidelium.

ÆDES S. PROSPERI - - - - - - - - - - - 1908. CCLXIV.

ÆDES

ÆDES SS. QUIRICI ET JULITTÆ - - - - - - - 1915. CCLXV.

OLim virginum s. Benedicti erecta an. 1386. quum esset Abbatissa domina de Rondaninis, nunc puellarum paupercularum demortuum patrem lugentium, quæ ab ædibus s. Ursulæ huc translatæ fuerunt anno 1786.

ÆDES OLIM S. RAPHAELIS ARCHANG. - - - - 1919. CCLXVI.

LOcus erat, quo recipiebantur puellæ, quæ Rectorum judicio arctiore indigebant custodia; unde subsidio simul erat parentibus earum, ut ferebat nomen ipsum vulgo *Soccorso*.

ÆDES OLIM S. SALVATORIS - - - - - - - - 1921. CCLXVI.

TEmplorum unum hoc erat, quæ tit. s. Petri diximus ædificata, & Monachis s. Benedicti dono data ab Ardingo & Edina. Canonici deinde Lateranenses a Monachis ipsis illud acceperunt, & Fratres tertii Ordinis s. Francisci a Canonicis Lateranensibus anno 1440. Demum eorundem soluta societas anno 1782.

TEMPLUM S. SILVESTRI PAPÆ - - - - - - - 1933. CCLXVIII.

FErtur Monachos s. Benedicti hoc etiam loco receptos, & illis migrantibus, bona omnia titulo Prioratus, ut mos erat, Clero sæculari collata fuisse. Dubium nemini est, a longinquis temporibus unam esse ex XC. partibus, quibus constat *Abbatia* (barbarum latinitatis verbum sed venerandum) Nonantulana, cujus historiam edidit paucis abhinc annis cl. Tiraboschius Bibliothecæ Mutinensis Præfectus.

TEMPLUM S. SYRI - - - - - - - - - - - - 1959 CCLXXI.

VUlgo notius est titulo s. Sepulcri, quod in eo solemnis olim celebrabatur Christi e sepulcro resurgentis festivitas. Templum ædificavit, & dotavit anno 618. Theodelinda Longobardorum Regina.

ÆDES S. SOPHIÆ - - - - - - - - - - - - 1983. CCLXXIV.

TEMPLUM OLIM S. THOMÆ APOST. - - - - - 1994. CCLXXVI.

MOnachi Ordinis s. Benedicti has ædes anno 1078. incolebant. Posteris tem-

temporibus, vel paucitate illorum, vel infortuniorum causa migrarunt. Ne vero locus, in quo servabantur corpora ss. Marcellini, & Petri, sine cultoribus esset, suffecti Benedictinis fuerunt Benedictini alii Congregationis Montis Oliveti. Hi anno 1546. cessione Cardinalis Uberti Gambaræ Commendatarii Monasterium s. Laurentii adepti sunt. Virgines ord. Cisterciensium ea ætate prope vicum s. Marci, non longe ab urbe, parvo utebantur monasterio, & a Monachis vulgo *della Cava* ejusdem Ordinis regebantur. Incursionibus impudentum, & flagitiosorum hominum perterritæ, perfugium in urbe quærentes, ædes s. Thomæ a Monachis s. Laurentii obtinuerunt, pacto quam levi annuo tributo.

Cæsar Specianus Episcopus, qui optabat Cœnobiis aliis, & Monasteriis adcere Virgines Ordinis s. Francisci Capuccinorum, intelligens Cistercienses illas deficere, & locum deformem esse reædificandum, Clementis VIII. rescripto ædes s. Thomæ obtinuit collocandis virginibus Ordinis prædicti. Accitis Mediolano duabus ejusdem Ordinis sororibus, & amplificatis ædibus, die 23 Martii anni 1603. Episcopus ipse solemni pompa in Templo maj. duodecim puellas veste lanea induit, & capiti corona spinea, humeris cruce lignea, & collo rudi imposita fune, præeuntibus Cleri ordinibus, magna populi frequentia, ad Monasterium mundo celandas virgines duxit. Reipublicæ restitutum Monasterium ann. 1782.

Extabat olim in hoc templo lapis num. 2006. positus Umberto de Tincti Cremonæ Episcopo ex Ordine s. Benedicti. Locus in serie Episcoporum ea ætate huic Umberto dari non potest. Fortasse Ecclesiæ Cremonensi præfuit tempore, quo Landulphus exulavit.

TEMPLUM S. VICTORIS - - - - - - - - 2017. CCLXXIX.

FRatres Ordinis Servorum B. V. anno 1438. templo inserviebant S. Leonardi. Accidit, ut Canonicorum Lateranensium s. Cataldi prope urbem eo tempore unus esset Bertolinus de Beccariis titulo Præpositi. Hic eodem anno omnia cessit Fratribus prædictis, Gregorio IV. donationem confirmante. Bello grassante anno 1626. eversum funditus s. Cataldi Cœnobium. In urbem Fratres se receperunt, & sors Cœnobium illis obtulit, ædemque s. Victoris donatione Prioris, seu Commendatarii Joannis Baptistæ de Fodris. Clemens VII. hanc etiam donationem probavit, declaravitque Prioratus s. Victoris liberam collationem juris esse Commendatarii s. Laurentii. Equidem ad Monachos Benedictinos ædes s. Victoris olim pertinebat, quam Landulphus Episcopus construxerat cum Monasterio, & dono dederat Abbati s. Laurentii. Vid. inscript. 2033. & 1488. quæ jus probant Abb. de Bezanis.

Hujus Cœnobii sodales jamdiu cogitantes de Templo magnificentius reædificando, tandem rebus compositis, manum operi admovere parati sunt.

ÆDES SS. VITALIS ET GEROLDI - - - - - 2045. CCLXXXIII.

HAnc vidimus pag. 10. extructam sæculo VII. a Ribaldis. *Orphanos* ut vocant, excepit anno 1561. cujus historiæ capita ab origine ad hanc ætatem tradere non piget, nec aliquem scire pigebit.

Anno 1528. florebat religionis studio, & singulari in pauperes beneficentia Hieronymus Æmilianus (aliis Mianus) inter Optimates Venetorum. Hic, afflictata eo tempore Italia pestilentiæ morbo, & annonæ caritate, statuit, egenos, vagosque pueros, & similiter puellas Venetiis, quoad poterat, hospitiis recipere, quibus alerentur, & religione, moribusque imbuerentur. Cum id egentibus placebat, tum omnes uno ore omnia bona dicere, & laudare virum tali virtute præditum. Somascham ille profectus, qui vicus est Bergomensium agro Mediolanensi finitimus, fere in diebus paucis plura Orphanotrophia divitum auxilio erexit. *Cremonenses*, (verbis utor Ludov. Cavitelli ad annum 1528.) *procurantibus Pagano Ponzono priore Clericorum Ecclesiæ Cathedralis Cremonæ, & Homobono Lizario heremita Cremonensibus, multorum aliorum ope assignarunt puellis ædes hospitalis eorum de Tinctis in vico ibi s. Sophiæ, illic constructo Oratorio sub titulo divæ Ursulæ, & pueris empta domo in vico s. Nazarii a Gaspare Gallerato &c.*

Dum hæc agebantur, Æmilianus in ipso Somaschæ vico diem obiit supremum anno 1537. Incepti instituti plures reliquit alumnos, quorum Collegia Clericorum Somaschensium nomine extabant anno 1540. quo Paulus III. Rom. Pont. illos Ordinibus Regularium adjunxit.

Cremonenses Federici Cæsii Card. Ep. litteris anno 1558. unum ex Somaschensibus obtinuerunt, qui pueris hospitio receptis præesset. Anno 1571. Nicolaus Sfondratus tum Card. Episcopus Cremonæ ut hospitium illud transferretur ad ædes ss. Vitalis, & Geroldi concessit, Pio V. Pont. Max. concessionem firmante. Somaschenses Parœciæ, quæ ibi antiquitus erecta erat, onere soluti fuerunt, & Collegium pro suis ædificarunt anno 1637.

Ascanius Commendonus, qui fratrem habebat Somaschensem Joannem Petrum, ut scribit Arisius to. 3. pag. 165. *idem Collegium hæredem ex asse reliquit*. Jo. Petrus Concionator obiit anno 1681.

Incidit anno 1785. solutio Virginum Monasterii s. Joannis Novi. Locus hospitio puerorum datus, qui magni æstimandam utilitatem, commoditatemque sunt consecuti.

Restituta Parœciæ s. Geroldi pars aliqua an. 1788. ædibus presbitero assignatis, qui subsidio est parœciæ s. Georgii. Extat in hoc templo ab anno 1241. corpus s. Geroldi mart. Coloniensis, cujus vitam ex anonymo auctore anni 1242. eleganter descripsit Romanus Burgus, ediditque Cremonæ anno 1581. typis Christoph. Draconii.

ÆDES

ÆDES SS. VITI ET MODESTI MM. - - 2067. CCLXXXVI.

AD Prioratum Ss. XII. Apoſtolorum in ſuburbio omnium ss. pertinet. Vid. hunc titulum, & alterum s. Dominici.

ÆDES OLIM S. URSULÆ - - - - - - - - 2072. CCLXXXVI

PAtebat hic locus puellis pauperculis patre orbatis. Vid. pagina præced. originem Cremonenſis Orphanotrophii, & tit. ss. Quirici, & Julittæ.

OLIM DIRUTÆ ÆDES S. MARIÆ EGYPTIACÆ - SS. HYPPOLITI ET GABRIELIS - AD PRÆSEPE D. N J. C. - S. ALEXANDRI - S. JULIANI - S. THECLÆ - S. MAURITII - - - - - 2079. CCLXXXVII.

LAPIDES SINE ULLA MENTIONE LOCI - - 2087. CCLXXXIX.

NOSOCOMIUM - - - - - - - - - - - - 2122. CCXCIV.

AB. Facio inſtitutum fuit titulo B. M. V. de Pietate ſæculo XIII. Litteris apoſtolicis Nicolai V. ad Georgium de Uſpinellis Præceptorem, ſeu Abbatem s. Antonii datis anno 1451. huic aggregata noſocomia omnia, quæ in urbe, ejusque circuitu extabant, levi, vel nulla pauperum, & infirmorum utilitate.

Joſeph II. Imp. qui cogitatione, curaque omni bonum Reipublicæ ſpectabat, ædibus, temploque s. Franciſci Aſſiſinatis cives uti voluit ampliando Noſocomio, illudque bonis augeri juſſit Canonicorum Lateranenſium s. Petri, quos vidimus Clero ſæculari commixtos an. 1782. Paucis abhinc annis hoc uno cives utilius, & commodius utuntur Noſocomio.

NOSOCOMIUM OLIM S. ALEXII - - - - - - - 2126. CCXCV.

SUaſione eximii Oratoris Theophili Tricini Auguſtinenſis anno 1569. erectum fuit pro inſanabilibus morbis, cui additi pueri pauperculi titulo mendicantium, quod ſtipem quotidie emendicarent a populo.

HOSPITALE OLIM S. ANTONII - - - - - - - 2132. CCXCVI.

PEregrinis patebat anno 1429. languentibus, & iis qui tenebantur infirmitate, vulgo *fuoco di S. Antonio*.

NOSOCOMIUM OLIM MARIANORUM - - - - 2134. CCXCVI.

ÆDes adhuc extant hofpitii ufu prope Templum s. Petri, quæ nonnullis mulieribus pauperculis habitandæ conceduntur ea lege, ut quotidie ad folis occafum conveniant in eo templo ad orandum Rofarii B. M. V. recitatione.

PUBLICÆ REGENTIUM CIVITATEM ÆDES - - 2135. CCXCVII.

INitio fæculi XIII. ædificatas conftat ex infcriptionibus. De earum reftauratione hæc habet Cavitellus ad annum 1581. „ Superioribus annis inftaurato pallatio „ veteri Reipublicæ Cremonenfis demolita fcala habente gradus marmoreos, & alia „ lapidea erecta in loco commodiori ad faciliorem afcenfum, & defcenfum ipfius „ pallatii, & in ejus parte Superiori conftructis confpicuis cameris cum tabulatis „ ligneis, & pavimentis lateritiis, ac feneftris, & fpecularibus vitreis ad eas, & „ quibuscumque aliis opportunis commoditatibus, & eleganti ædificio; eis cameris „ affignatis figillatim Reipub. Cremonen. Confultoribus, Decurionibus, Queftoribus, „ Cenfitoribus, Decoratoribus, Dictatoribus, Rationatoribus, & aliis officialibus „ ipfius Reip. & in inferiori ipfius parte aliis conftructis, & affignatis Confulibus „ Mercatorum ejusdem civitatis, ejus pallatii parte in qua redditur jus in ipfa „ civitate per Vicarium Prætorium dimiffa, hoc anno, pro majori decore ipfius, „ ejus muri interiores, & quibus area ipfius circumdatur, fuerunt ornati pictura „ ad ortum folis picto infigni Sereniff. Regis Hifpaniæ & D. noftri, in quo com„ prehenfa funt infignia quarumcumque regionum ejus regimini, protectioni, & „ dominio fuppofitarum, & ad occafum infigni ipfius civitatis, & ad feptemptrio„ nem pictis fimulacris Cremonæ & Herculis ipfius civitatis autoris, & fuper fcalam „ ipfam conftructum tabulatum affideum, & prope, & extra ipfum pallatium ad „ meridiem ftatutum forum lini venalis pro majori commoditate ipforum vendito„ rum & emptorum. "

ÆDES THEMIDI SACRÆ - - - - - - - - - - 2142. CCXCVIII.

CRemonæ Vicarius Prætor in publico urbis *palatio* fedem habebat ex laud. Cavitelli verbis, *ejus pallatii parte, in qua redditur jus in ipfa civitate, per Vicarium Prætorium dimiffa &c.* Hieronymus Donatus Cremonæ Prætor ab an. 1503. Forum juri dicundo reftauratum ampliavit, quod urbis decori, & Pretoris dignitati fecutis temporibus aptatum videmus.

ÆDES COLLEGII NOB. JURISCONS. COM. ET EQU. - 2144. CCXCVIII.

CAvitellus ad an. 1392. fcribit *e regione Baptifterii, & fori majoris, & ad fines*

fines ipsius versus meridiem constructum fuisse pallatium ad usum magnificorum Equitum & mox Jureconsultorum. Magnifici Equites erant quatuor urbis Præfecti (vulgo Gonfalonieri). Hinc in supercilio inscriptionis num. 2144. (quæ habet annum MCCXCII.) quinque erant picta vexilla, quorum medium Crucem gestabat, duo vero in utraque parte leonis figuram habebant, quæ insignia erant civitatis in quatuor classes divisæ, qua de re Vid. monumenta familiæ Malestæ num. 1121. pag. CLVI. Ordine regiminis immutato datum *pallatium* Collegio JCtorum. Hujus Collegii origo antiquissima est, nec investigari facile potest. Selecti XII. doctrina cl. viri cremonens., ex ordine equestri semper illud constituerunt, & causarum civilium quisque eligi a civibus judex ab antiquis temporibus libere potuit. Publico gymnasio constituto unus ex his jurisprudentiam docebat, atque in primis fuit Bartholomæus Sorexina, ut notat Arisius ad an. 1414. to. 1. pag. 228. Singulare hoc fuit Cremonæ decus, ut in ea Legum studia floruerint, & in aliis quoque licæis præcipue Venetorum, Bononiensium, Perusinorum, aliarumque Urbium etiam extra Italiam Jurisconsulti Cremonenses laudem adepti fuerint non exiguam. In indice III. class. 5. recensebimus, quos inscriptiones produnt, juris doctrinæ laude præstantes viros, qui bono Reipublicæ florentes, patriam ipsam illustrarunt. Paulo Alæ placet hic simillimum associare Sigismundum Picenardum ejusdem Senatorio loco Mediolani successorem. In aula Philippi II. R. Hisp. Oratoris patriæ munere Picenardus fungebatur, quum, accepto Alæ obitus nuncio, Rex Picenardum ipsum prudentia, integritate, doctrina, litterisque commendatum an. 1563. Senatorem dixit. Illi amoris civium suorum, existimationisque testimonium post obitum anno 1580. accessit, quod Paulo Alæ. Cremonam translato cadavere, magna similiter pompa funeris illi decreta in Templo maj. publica impensa, quam Campus lib. 3. late describit. In avito familiæ sepulcro ad Divi Dominici conditum ex Cavitello scribit Arisius to. 2. pag. 294. Alter ex Picenardis Octavianus Collegj & patriæ nomen doctrina & dignitatibus non minus, quam rebus præclare gestis illustravit. In Ticinensi Gymnasio jurisprudentiam primo loco docuit. Cremonensium Orator adiit Paulum V. Pont. Max. Senator dictus a Philippo III. Hispaniæ R. & a Philippo IV. gravissimis perfunctus muneribus Mediolanensis Senatus Præses est constitutus anno 1641.

Huic JCtorum Collegio quum ex Sfondratorum gente Gregorius XIV. R. Pont. Franciscum patrem adscriptum habuisset, avosque Baptistam, Nicolaum, Federicum &c. eidem Collegio id honoris contulit an. 1591. ut singuli in perpetuum ejusdem cœtus jurisconsulti Comites s. Palatii Apost. Aulæque Lateran. atque auratæ militiæ equites haberentur. Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloria, jacentque ea semper, quæ apud quosque improbantur. Cic.

ARX

ARX OLIM S. CRUCIS - - - - - - - - - - - - 2147. CCXCIX.

A Bernabovio Vicecomite Mediol. Duce ædificata fuit anno 1370. Ædem s. Crucis, quæ eo loco Prioratus erat ad *Abbatiam* Nonantulanam pertinens, dirui necesse fuit. Jura tamen Prioratus sarta tectaque Vicecomes servavit, & alteram in Arce ipsa ædem extruxit ejusdem Crucis titulo, ut Superum protectione gauderet.

STATIONES MILITUM - - - - - - - - - - - - - 2152. CCC.

STativa præsidii et excubiarum in platea s. Agathæ *palatio* utuntur ædificato anno 1250. ad honorem Dei, & B. V. & populi Citanovæ, quod anno 1412. die 5. Januarii Respublica Cremonensis fustanei mercatoribus concesserat. *Cavitel.*

LAPIDES PUBLICIS IN LOCIS POSITI - - - - - - 2161. CCCII

PRopugnaculum s. Michaelis de quo fit mentio num. 2166. a Carolo V. Imp. erectum fuit, quo clausa jacuit porta olim nomine s. Laurentii. Alteram non longe ab illa cives extruxerunt, quæ ab ingressu Margaritæ Austriacæ Caroli V. filiæ *Margarita* appellata est.

ÆDES CIVIUM - - - - - - - - - - - - 2170. CCCIV. ad 2201.

REcenti inscriptione num. 2197. memoria manet accessus Leopoldi II. Imp. ad ædes Sonsisiorum Musei invisendi gratia, quod cl. Joseph Sonsis phisico-Chirurgus excitavit, augetque in dies raritate præsertim naturalium rerum maxime æstimandum. Collectionem hanc selectam omnes norunt cum auctore suo, quem Cremona diu incolumem habeat, & familia ipsa, cujus antiquam adauget non una studiorum ratione partam claritatem.

In iisdem Sonsisiorum ædibus duæ extant hebraicæ inscriptiones marmore eodem insculptæ, quarum una posita fuit Elicamano Sacerdoti, cui annus deest, quo obiit, & stemmatis Sacerdotalis pars, fracto iis locis lapide; altera confracta magna ex parte mulieri posita intelligitur, quam Elicamani uxorem fuisse affirmabit quisque, attento more hebræorum, qui conjugum memorias sociare consueverunt. Prioris interpretationem quæ italica est, eruditionis gratia heic subnectimus, quam pertinere diximus ad num. 2180.

„ Ad

„ Ad ogni piacere ſi tende il laccio,
„ Ed il riparo del ſecolo non reſta coſtante.
„ E' morto il Superiore del mondo ebraico,
„ Un ſuo padre pietoſo
„ Fedele diſpenſatore del rito, e della giuſtizia,
„ Il Rabbino noſtro sig. Elicamano Sacerdote,
„ Che era diſceſo dal luogo delle grazie.
„ E' ſtato portato al Cielo in dono
„ Nel meſe Elul . . . .
„ E chi perciò non ſi rattriſterà?

Romanam inſcriptionem in ædibus Marchionis Dati num. 2186. edidit Lilius Gregorius Giraldus, qua de re, adjuncto lapide, monentur lectores. Præterea Marchio NN. eandem illuſtravit Epiſtola ad amicum Comitem NN. Cremonæ edita die 23. Januarii an. 1730. Sed alii ante Giraldum antiquitatum ſcriptores dono illam dederant eruditis: nuper vero qui *Marmora Cremonenſia* edidit cl. Ab. Iſidorus Blancus pag. 258. & genuinam illam, & accuratius explicatam vulgavit.

Romanam alteram cæteris clariorem in ædibus Nob. Julii Cæſaris Bonetti num. 2182. Iſidorus idem publici juris fecit edito ſcripto, quod inter notitias literarias Florentiæ collectas habetur to. 26. col. 694. atque in laud. marmorum Cremonenſium editione recudit pag. 263.

Inſcriptiones hebraicæ, aliquorum ſententia, probant extitiſſe Cremonæ Judæorum conturbernia, & ſynagogam. Alios puto æquiori judicio inferre quasdam, vel plures, ſi vis, Cremonæ olim extitiſſe hebræorum familias. Ætas quæ annum profert 1585. nec adeo remota, nec adeo obſcura eſt, ut monumenta omnia publici contubernii hominum memoria exciderint.

Notandum reſtat inſcriptionem 2188. Jo. Caroli Affaitati lapidi inſculptam poſitam fuiſſe in fundamentis, ut refert Breſſianus, & novimus ex ſchedis archivii olim FF. Carmelitarum apud s. Bartholomæum. Si quæ aliæ locis non reperiuntur ſuis ſcriptorum teſtimonio notatis, vel periiſſe dicendum eſt, vel alio translatas fuiſſe, ut nuper accidit de *Romana* 2190. in ædibus familiæ Mocchettæ.

ÆDES SUBURBANÆ

S. AMBROSII - - - - - - - - - - - 2202. CCCX.

SS. XII. APOSTOLORUM - - - - - - - - - 2207. CCCXI.

HAnc ædificavit Joannes Bonus de Geroldis anno 1248. dum eſſet Cathedralis Eccleſiæ Archidiaconus, & electus Cremonæ Epiſcopus. Petrus Maria

Domaneschius Ordinis Prædicatorum in libro de rebus Cœnobii Cremonensis s. Dominici de hoc Apostolorum Fano agit, quod primitus juris esse monet ejusdem Cœnobii. *Pertinebat olim hoc Sacerdotium proventibus haud sane contemnendis instructum ad Benedictinos monachos, ac XII. Apostolorum Prioratus nomine appellabatur. Huic Sacerdotio facta est progressu temporis Parœciæ Ss. Viti & Modesti in urbe conjunctio; ut qui eo in posterum uteretur, vel hanc quoque administraret per se, vel ut rite administraretur omni, ut par erat, fide, diligentiaque curaret.* Joannes Petrus Giussanus a Pio IV. Rom. Pont. hunc Prioratum obtinuit anno 1561. quem anno 1567. ut Pii V. sententiam effugeret, sponte dimisit. Quamvis vero Superiore anno Giussanus ædem ipsam voluerit esse Fratrum s. Francisci Capuccinorum, re tamen integra Pius V. Prioratum ipsum Dominicanis Cremonensibus largitus est, qui jura in ædem XII. Apostolorum servarunt: *sed ipsum Apostolorum Fanum cum parvo fundo circumjacente, quod Giussanus ipse Capuccinis contulerat, ea iisdem patribus lege est permissum, ut si abs eo excessissent, ad nostros illico reverteretur.*

ÆDES S. BERNARDI - - - - - - - - - - - - 2209. CCCXI.

HOc loco antiquitus utebantur Monachi Cistercienses appellati a Monasterio Cistercii (Citeaux in Ducatu Burgondiæ) ubi s. Bernardus anno 1113. cucullam induit. Ab iisdem regebantur Virgines ejusdem Ordinis prope s. Sebastianum, quæ, domo belli vastatione deleta, Monasterium in urbe erexerunt anno 1275. Cistercii nomine (Cistello). Ipsis Cisterciensibus Monachis ad Vicum vulgo *Braccioli* translatis, ædes s. Bernardi incoluerunt Virgines aliæ Cistercienses usque ad annum 1318. quo, everso Monasterio, ab aliis ejusdem Ord. Sororibus, Ægidii Episcopi opera, in urbem receptæ fuerunt. Bonis s. Bernardi auctus Abbas Commendatarius Omnium Sanctorum.

ÆDES S. SEBASTIANI - - - - - - - - - - - 2213. CCCXI.

ÆDES S. MARIÆ VULGO *DEL CAMPO* - - - 2215. CCCXII.

TEMPLUM S. SIGISMUNDI - - - - - - - - - 2218. CCCXII.

PArva æde sacra, parvoque Monasterio olim utebantur hoc loco Monachi quidam, quos Merula vocat Ordinis s. Benedicti. Ingruentibus bellis vastata omnia. Post aliquanto reædificata s. Sigismundi ædes. Demum Blanca Maria Vicecomes Francisci Sfortiæ Mediolani Ducis uxor, & Cremonæ domina Templum eximiis architecturæ operibus ædificavit Archetypo Nob. Bartholomæi Gazi, seu Gadii, an. 1563. addiditque Monasterium redditibus instructum, quibus alerentur Monachi Hieronymiani, inscriptione teste, ut memoria maneret matrimonii, quod eo loco contraxerat die 25. Octobris anni 1441. Templum ipsum Julii Campi, aliorumque excellentium pictorum operibus sæculo XIV. ornatum Cæsar Specianus Episcopus solemniter consecravit anno 1600.

Anno 1710. quum Monasterii Abbas novæ extruendæ Aræ maximæ fundamenta pararet latius terra lapis inventus est cum hac inscriptione

ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. DOMINA DOMINA BLANCA MARIA VICECOMES DVCISSA MEDIOLANI &c. PAPIAE ANGLERIAE COMITISSA ET CREMONAE DOMINA FVNDATRIX EXTITIT HVIVS ALMI MONASTERII ORDINIS MONACHORVM EREMITARVM S. HIERONYMI QVOD INCEPTVM FVIT ANNO AB INCARNATIONE DOMINI 1463. DIE 10. IVNII ET PRIVS INTITVLATVM ERAT S. SIGISMVNDI IVXTA QVOD DE ANNO 1441. DIE 25. OCTOBRIS PRAEFATA DOMINA DESPONSATA FVIT ILLVSTRISS. ET EXCELLENTISS. FRANCISCO SFORTIA VICECOMITI CVTIGNOLI ET ARIANI COMITI MARCHIAE ANCONITANAE MARCHIONI SANCTAEQVE ROMANAE ECCLESIAE CONFALLONERIO AC ILLVSTRISSIMAE TVNC LIGAE CAPITANEO GENERALI NVNC VERO DVCI MEDIOLANI QVOD QVIDEM MONASTERIVM ET ECCLESIAM AD LAVDEM DEI ET OB SPECIALEM DEVOTIONEM SVAM VT EST FABRICARI FECIT ET LAPIDEM HVNC SOLEMNITER DEPOSVIT ANNO ET DIE SVPRADICTIS.

Sculpta inscriptio fuit circum lapidem figuræ quadratæ altitud. pollicum 5. latitud. 18. cujus facies superior cælaturis elaborata imagines exhibet Ss. Sigismundi & Hieronymi, inferior insignibus ornata est Vicecomitum & Sfortiadum, ac nomine Blancæ Mariæ litteris B. M. Lapis servatur denuo conditus humo, rubroque marmore tectus.

De Bartholomæo Gadio, cujus archetypo templum s. Sigismundi erectum diximus, plura scribunt Cavitellus ad an. 1463. Ant. Campus lib. 3. Jo. Bapt. Zaist p. 1. Generis claritatem auxit rebus præclare gestis. Architectura civili & militari præstans a Francisco Sfortia Mediolani Duce magno in pretio habitus fuit, cujus litteris plena, & firma auctoritate *Commissarius generalis* fuit constitutus in toto Ducatu. *Confidando pienamente della fede, e devotione a noi ed al stato nostro del provvido, e discreto vomo Bartolammeo Gazzo da Cremona nostro diletto familiare, e conoscendo con quanta cura, studio, diligenza, opera, e sollecitudine sempre si è adoperato, ed adoperi in li servigj nostri, e rendendosi certi, che ogni cosa, quale gli commettiamo, sia importante quanto si voglia, sarà bene, e fedelmente governata, ed eseguita per lui. Per tenore della presente facemmo, costituemmo, e deputiamo il prefato Bartolammeo, del quale ci confidiamo come di noi stessi, nostro generale Commissario.*

INDICULUS

LOCORUM EORUNDEM

QUIBUS POSITÆ ADNOTATIONES.

MONITUM

Præcedentibus paginis tria irrepſerunt errata. Pag. 38. *lin.* 36. *an. corrige* 1463. & *lin.* 39. *corrige ſæc.* XVI. *Pag. vero* 39. *lin.* 2. *lege* latius effoſſa terra.

II
INDEX ALPHABETICUS GENERALIS
Nominum eorum quibus Inſcriptio aliqua poſita eſt.

A

de

Az-

Bi-

Bru-

C

de

D

Di-

E

F

Fer-

G

Ma-

de

Po-

S

Schin-

Spa-

T

Ter-

Z

III.

CATALOGUS VIRORUM ILLUSTRIUM

Ex Indice generali in varias classes distributus & ordine alphabetico descriptus.

CLASSIS I.

Romani Pontifices, Principes & Cardinales.

	inscr.	pag.
BEnedictus XII. Rom. Pont.	215.	XL.
Camporeus Petrus Card. & Episc. Cremonæ	66.	XVIII.
Carolus M. Imp. & Galliarum Rex	595.	XCI.
Carolus V. Imp. & Rex	498.	LXXXI.
Carolus VI. Imp. & Rex	2170.	CCCIV.
Franciscus I. ex Lothar. & M. Hetruriæ Duce, Imperator	2173.	CCCIV.
Gambara Ubertus Card. pag. 23.	1450.	CCI.
Gregorius XIV. Niccl. Sfondratus Cremon.	140.	XXVII.
Imperialis Renatus Card. a latere Legatus	2175.	CCCV.
Lotharius Rex Italiæ	2080.	CCLXXXVIII.
Leopoldus II. Imp. & Rex	2197.	CCCIX.
Maria Theresia Reg. & Rom. Imperatrix	2172.	CCCIV.
Marnius Bonifius Card. & Episc. Cremonæ	261.	XLVII.
Oddo Cardinalis & Episcopus Cremonæ	1608.	CCXXII.
Philippus Aureliani Dux	2174.	CCCIV.
Sfondratus Franciscus Card. & Episc. Cremonæ	6.	III.
Sfondratus Paulus Card. & Ep. Cremonæ	125.	XXV.
Sfortia Franciscus Mediolani Dux	166.	XXX.
Sfortia Ascanius M. Card. Episcopus Pisaurien. tum Papien. & Cremonen. administrator	139.	XXVII.

Sfor-

CLASSIS II.

Epiſcopi aliique Eccleſiæ Præſules.

	inſcr.	pag.
Salomonius Marcus Antonius Somaſchenſis Epiſcopus Soræ	1630.	CCXXIV.
de Sanctomarco Ugolinus Ordinis Prædicat. Epiſcopus Cremonæ	233.	XLIII.
Schitius Valerius Epiſcopus Cremonæ	220.	XLI.
Septala Ludovicus Epiſc. Cremonæ	1456.	CCII.
Sfondratus Nicolaus Card. Episc. Cremonæ, poſtea Gregorius XIV. Rom. Pontifex	178.	XXXIV.
Sfondratus Franciſcus Card. Ep. Cremonæ	6.	III.
Sfondratus Paulus Card. Ep. Cremonæ	125.	XXV.
Sfortia Aſcanius M. Card. Ep. Cremonæ	135.	XXVI.
Sicardus Caſellanus Epiſc. Cremonæ	135.	XXVI.
Specianus Cæſar Epiſc. Cremonæ	65.	XVII.
Stanga Corradolus Prothonotarius Apoſt. de numero Participantium	456.	LXXIV.
Stephanus II. Epiſcopus Cremonæ	595.	XCI.
de Tinctis Umbertus Epiſc. Cremonæ	2006.	CCLXXVII.
Torri Georgius Epiſc. Cremonæ	222.	XLI.
de Turris Octavianus Epiſc. Salaminæ	356.	LX.
Ubaldus Epiſcopus Cremonæ	724.	CVI.
Vida Marcus Hieronymus Epiſc. Albæ	1660.	CCXXX.
Zanaſius Nicolaus Brixiæ, Beneventi, ac demum Neapoli Epiſcopus	255.	XLVI.

CLAS-

CLASSIS III.

Vicarii Episcoporum & Præpositi mitra ornati cum collegio Canonicorum, quibus gaudent Ecclesiæ S. Agathæ, & SS. Ægidii, & Homoboni.

	inscr.	pag.
ALlius Dulcius Franciscus Hieronymus Præpositus s. Agathæ	300.	LIV.
Amidanus Marcus Antonius vv. Sign. Refer. Vicarius Lauden. Ecclesiæ & Præpositus s. Agathæ	290.	LII.
de Archidiaconis Antonius Præp. s. Agathæ	343.	LVII.
Barbò Ignatius Hieronymus Præp. s. Agathæ	299.	LIV.
Bongiovanni Vincentius Præp. s. Agathæ	296.	LIII.
Bressianus Martinus Vicar. Episc. Bononiæ	1626.	CCXXIV.
Cambiagus Pacificus Canonicus Lateranen. & Præp. S. Agathæ	350.	LIX.
Gerenzanus Petrus Jo. Franciscus Vicar. Episc. Cremonæ		pag. 16.
Maggi Sigismundus Vicar. Archiep. Mediol.	1511.	CCIX.
della Manna Vicarius Archiep. Ravennæ	1642.	CCXXVII.
Melius Paulus Vicarius Archiep. Ravennæ	2058.	CCLXXXV.
Negri Julius Cæsar Præp. s. Homoboni	1399.	CXCI.
Pallavicinus Camillus Præp. s. Agathæ	2243.	CCCXVII.
Pasqua Stavolus Carolus Vicar. Ep. Cremonæ	1289.	CLXXV.
Persichellus Ugolinus Vicar. Ep. Cremonæ	1784.	CCXLVII.
Riparius Arealdus Canonicus Lateran. & Præpos. s. Agathæ	355.	LX.
Schinchinellus Valerianus Canonicus Lateran. & Præp. s. Agathæ	353.	LIX.
Sfondratus Alphonsus Canonicus Lateran. & Præp. s. Agathæ	354.	LIX.
Trecchus Ludovicus Præp. s. Agathæ	307.	LV.
Trecchus Hieronymus Canonicus Lateran. & Præp. s. Agathæ	352.	LIX.
Vicecomes Carolus Præp. s. Homoboni	1418.	CXCV.

CLASSIS IV.

Senatores.

	inſcr.	pag.
ALa Paulus Regius Mediolani Senator	29.	IX.
Ala Quintilius Senator Patriæ	235.	XLIII.
Ala Ubertinus Senator Patriæ	1748.	CCXLII.
Aymus Ludovicus R. Duc. Senator	647.	C.
Aymus Goldonus Vidonus Petrus R. Duc. Senator	649.	CI.
Breſſianus Claudius Senator patriæ	2054.	CCLXXXIV.
Burgus Mareſcaltus Senator patriæ	1893.	CCLXIII.
Cavalcabovius Andreaſius R. Mediol. Senator	1362.	CLXXXV.
Gambarana Andreas R. Mediol. Senator	2143.	CCXCVIII.
Maggius Ludovicus R. Mediol. Senator	1251.	CLXX.
Mainardi Alphonſus R. Mediol. Senator	2.	I.
Mainardus Nicolaus Senator patriæ	414.	LXVIII.
Mainoldus Galleratus Jo. Petrus Senatus Mediol. Præſes	492. 493.	LXXX.
de Maſſimo de Roma Homobonus Sen. patriæ	1625.	CCXXIV.
Melius Mercadinus Senator patriæ	1746.	CCXLII.
Offredus Oliverius Senator patriæ	1291.	CLXXV.
Oldoinus Tydeus R. Mediol. Senator	1015.	CXLI.
Perſichellus Thomas R. Mediol. Senator	1770.	CCXLV.
Roncadellus Valerius Senator patriæ	798.	CXVII.
Schinchinellus Jo. Petrus R. Mediol. Senator	614.	XCIV.
Sfondratus Franciſcus R. Mediol. Senator	6.	III.
Specianus Lazarus Senator patriæ	1992.	CCLXXV.
Stanga Corradolus Ducalis Senator	451.	LXXIII.
Stradivarius Ægidius Senator patriæ	1512.	CCX.
Summus Ludovicus Senator patriæ	1292.	CLXXV.
Tonſus Benedictus Senator Ducalis	1027.	CXLIII.
Zanebonus Senator patriæ	236.	XLIII.

CLAS-

CLASSIS V.

Qui legum doctrina, medicae artis peritia, scientiis, poesi, litteris claruerunt.

CLarorum virorum nomina in superioribus classibus sine ulla additione descripsimus, quod ipsa dignitas claritatem quamdam pariat & doctrinae, prudentiae ac religionis laudem tribuere videatur. Ji vero qui claris scientiarum, & litterarum cultoribus sunt adnumerandi, testimonio indigent, quo vel docti, vel litterati, vel eruditi merito habeantur. Epitaphia id juris sibi nunquam vindicarunt, nisi praedicata virtus vel functis muneribus, vel scriptorum ejus aevi judicio posterorum memoriae sit demandata. Arisii nostri liberalitas in hac re non omnino nobis arridet, qui facile viros dignitatibus, & muneribus illustres pandit nullius monumenti fide confirmatis, scriptaque interdum enumerat, quae nec ipse vidit, nec qui viderint, testes affert. Nos igitur si quos recensebimus viros in hoc catalogo nulla posteris rerum gestarum notitia commendatos, addemus *ex epitaphio*, eosque libentius recensebimus, qui legationes obierunt, vel Principum benevolentiam & familiaritatem sunt consecuti. *Principibus placuisse viris non ultima laus est*. Quum vero hujus loci sit non vitam aut gesta, sed solum imaginem quamdam Virorum illustrium exibere laconismo utemur sicut in *I*ndice seq. *Rerum gestarum*. Qui plura cupit Cavitellum consulat, Antonium Campum, Arisium, Bressianos &c.

Ala Rodericus 2112. CCXCII. Justinianus 240. XLIV. Vincentius 1754. CCXLIII. Sigismundus 1200. CLXIII. Jacobus 2259. CCCXX. multis variisque nominibus illustres. Ex Epitaph.

Ala Paulus (29. *IX.*) doctrina juris, humanitate, liberalitate, & gratia multum valuit apud omnes. Mediolani quum esset Legatus patriae nomine, mira eloquentia pro Cremonensium dignitate servanda ita disseruit, ut Papienses contentione se subduxerint. Anno 1553. Senator renunciatus fuit. Diem obivit Mediolani, sed Cremonam translatus magna pompa funeris elatus est publica impensa, & marmoreum illi decretum sepulcrum in Templo maj. Marcus Hieronymus Vida Albae Episcopus ejus tumulum carminibus ornavit. Addere aliquid placet una simul memoriae Sigismundi Picenardi, quem Alae associandum duximus pag. 35.

„ Quemque sua extinctum luget domus. Obruta fletu.
Tota Picenardum patria, Alamque dolet.

Ala Benedictus (30. *IX.*) excellens Mathematicus a Cavitello appellatus ad an. 1563. Poetam & Oratorem in eo novit Marcus Hieron. Vida. Adnota-

tio-

tiones ſcripſit ad Vitruvii architecturam. Omnibus ingenuis ſtudiis illuſtris fuit. Quam ſe cumque in partem daret ingenii acumine, eruditione, eloquentia excellebat. Legenda inſcriptio, quam ſine mendacio ejusdem ſepulcro poſuit laud. Hier. Vida.

Ala Jo. Petrus (270. 272. XL*IX*. 1799. CC*X*LIX.) Juris doctrina clarus, Religione clarior. Edidit tractatum de Advocato & Cauſidico chriſtiano, & alterum de Chriſtiano & politico Decurione utilem etiam iis, qui in foro verſantur, cui addidit diſciplinam ſpiritualem ad Decuriones. Bibliothecam legalibus præcipue inſtructam moriens Carmelitis excalceatis legavit ea lege, ut omnibus pateret uti volentibus.

Amati Leonardus (242. *X*LV.) J. C. Coll. Cremonen. Veronæ Vicarius pro Carolo Rege Siciliæ pacem inter populos finitimos conciliavit prudentia & humanitate clarus. Prætorem egit Regii Lepidi.

Amati Pompeus (1439. C*X*CI*X*.) ex Epitaphio. Florebat ſæc. *XIII.* quo Guillelmus de Amatis ex Ariſio ad an. 1231. fuit Parmæ Prætor, & Parmenſium Legatus ad Fridericum Imp. & Ponzinus de Amatis alter Cremonæ Conſul cum Nicolao de Gadio anno 1205. *Murator. to.* 7. *Scriptor. rerum Italicarum pag.* 643.

Amidanus Marcus Antonius (290. 291. LII.) in jure verſatus ſcripſit allegationes, quarum nonnullas Ariſius vidit. Cremonæ Canonicus Eccl. maj. vota ſcripſit quamplura, ut videre eſt in libro Cæſaris Carenæ. Romæ Præſul quam eſſet utriuſque Sign. Referend. Delegatus fuit a Sede Apoſt. Vicarius Eccleſiæ Laudenſis, dum Epiſcopus Taberna Hiſpaniæ legationem obibat. Eccleſiæ Melphitenſi deſignatus fuit a Gregorio *X*IV. qui quum in diebus paucis ex conſpectu hominum deceſſiſſet, Amidanus in patriam redux Præpoſitum reliquo vitæ tempore egit s. Agathæ.

Amidanus Vincentius (* *X*LVII.). Ex epitaphio.

Aribertus Thomaſinus (1572. CC*X*I*X*.) philoſophiæ & litterarum ſtudio præſtans opuſcula ſcripſit animum intendentibus utilia, ut ſunt ex his duo *de hominis generoſitate*, *& de vera amicitia*. Hæc tamen omnibus probata, optataque officia in præceptis philoſophorum latitant, dum quæ ſimilia mentiuntur, vagantur ubique ad fallendos homines.

Aſellus Leonardus (1977. CCL*XX*III.) eloquentia, & poeſi claruit. Jovis transformationes Jo. Galeatio Vicecomiti Duce Mediol. dicatas cecinit, & victorias de Turcis reportatas.

Aymus Melchior (648. CI.) legum doctrina præſtans advocatum egit, nomenque clarum poſterorum memoriæ demandavit; Ariſius to. 2. pag. 93.

Ay-

Aymus Ludovicus (647. C.) in jure & ipſe doctiſſimus Prætorem egit Mediolani , eumque Philippus II. Hiſpaniæ Rex & Dux Mediol. omnium plauſu Senatorem dixit.

de Benzonis Lantelminus (254. XLVI.) juriſconſultus doctiſſimus. Factiones Guelpha , & Gibellina anno 1248. pacem contraxerunt medio Lantelmini de Benzonibus. *Cavitellus.*

Bonettus Julius Cæſar (915. CXXXIII.) genere & virtute cl. A parvulo ſic vitam inſtituit, ut patriæ bono natus dici poſſet. Litteris , eruditione , & præcipue doctrinæ legalis ſtudio vitam omnem cælebs inſumpſit , effecitque , ut privatos vel conſultationibus, vel æquitate judiciorum (Collegii j. c. com. & eq.) componeret. Rempublicam vero ipſam interioribus conſiliis ſemper juvit & ornavit. Sepulcralem domum ſibi ipſe conſtituit uſque ab anno 1742. in templo s. Dominici. Adhuc eo vivente hæc ſcribo vertente anno 1795. Illum omnium votis huic ſæculo diu ſuperſtitem opto. Tumulus ipſe illum alloquitur.

Struxiſti olim me tibi Jule Bonette ſepulcrum ,
Sed nulli poſſum dicere me tumulum.
O utinam longo maneam ſic tempore! Demum
Et vives volitans uſque per ora virûm.

Bonſerius Pricivallus (1712. CCXXXVI.) ex Epitaphio.

Bordigallus Dominicus (306. LV.) Hiſtoricus, Orator, & Poeta. Hiſtoriarum librum vidit Ariſius. Scripſit illuſtrium Cremonenſium Epitaphia , Orationes, Epiſtolas ec.

Botta Leonardus (520. LXXXVI. 1413. CXCIV.) clarus in Aula Alphonſi Calabriæ Ducis, deinde Jo. Galeatii Sfortiæ Med. Ducis Conſiliarius , & IIIvir in legatione ad Sictum IV. Rom. Pont. pro pace Italiæ equeſtri ordine, juribuſque feudalibus ornatus.

Breſſianus Bartholomæus (252. XLV.) juris doctrina præſtans, & Conſiliarius Federici II. Imp.

Burgus Sinibaldus (1923. CCLXVII.) anno 1303. ex Cavitello Prætor Placentiæ doctrina & armis claruit. Ea enim ætate Prætores urbium erant ſelecti viri non ſolum generis claritate, & legum doctrina, verum etiam bellicæ artis peritia probati.

Burgus Andreas (1868. CCLIX.) Caſtrileonis Comes virtute & dignitate celebratus. Legationibus functus, ut habet inſcriptio, obiit Bononiæ dum eſſet Ferdinandi Regis Orator ad Clementem VII. Rom. Pon. Ejus cadaver Cremonam delatum eſt. Pierius Valerianus ſcribit *Burgum illa ætate magnis negotiis obeundis clariſſimum.* Romani Imperii nobilitate Maximilianus Cæſar illum

ejuſ-

ejusque posteros perpetuo ornavit, aliisque honoribus cumulavit diplomate quod affert Arisius to. 2. pag. 119., cui subnectit Andreæ testamentum. Andream laudat M. Hieron. Vida act. 2. .... „ His Adminiculis adjuti, qui ex „ civibus nostris remp. administrarunt, id summa laude semper fecerunt, & „ cum quadam omnium admiratione, quod nostris temporibus vidimus in An„ drea Burgio, qui carus prius Maximiliano Imp., mox Ferdinando ejus ne„ poti Rom. Regi, multa, & magna negotia in Italia, in Germania, Gallia„ que, & Hispania gessit. „

Cajetanus Daniel (1119. CLV.) latine & græce eruditissimus Cremonæ, Patavii, & Mediolani docuit. Quæ scripsit partim edita sunt, partim mss. servantur in Bibliotheca FF. Min. Convent. Arisius to. 1. pag. 388.

Campioni Alexander (1. I.) militari architectura, & religione clarissimus.

Campi Antonius (1796. CCXLVIII.) Hunc omnes norunt pictorem, architectum, & historicum Cremonensem, cujus liber fuit Mediolani recusus. Ichnographiam urbis Cremonæ ære incisam in eodem exibuit, & agri Cremonensis typum, quem in suum Orbis Theatrum Ortelius transtulit. Aliis ab Annibale Caraccio incisis tabulis refertum est opus, cujus exempla fiunt raritate clariora. Gregorius XIII. Rom. Pont. signa illi dedit equitis militiæ auratæ, & Civitas illum onere vectigalium levavit. Plura scribit Arisius to. 2. pag. 389. & sequ.

Cavalcabovius Andreasius (1362. CLXXXV.) Vitellianæ Marchio jurisprudentiæ doctrina, & eloquentia præstans, ut ejus scripta testantur. Hunc Mediolani pro patria Oratorem Jo. Galeatius Vicec. Med. Dux Consiliarium, & Senatorem dixit.

Cavalerius Rodulphinus (1974. CCLXXIII.) Phisicus, Philosophus & Astronomus, hebraicis græcisque litteris eruditus. *Ex Epitaphio*.

Chizzola Mauritius (1731. CCXL.) medicæ artis præceptor, philosophus & Astronomus. Quæ scripsit enumerat *Arisius to.* 1. pag. 174.

della Ciria Amilcar (276. L.) Matheseos & Astronomiæ professor in patria, de quibus opuscula scripsit. *Aris. t.* 1. *pag.* 178.

de Dovaria Philonardus (1896. CCLXIII.) philosophus, & astronomus. *Ex Epitaphio*.

Flameni Clemens (1705. CCXXXVI.) scripsit historiam Castrileonis editam Cremonæ an. 1649. Non pauca hic liber continet quæ in Insubria acciderunt ab ineunte sæc. XIII. seu ab origine pagi hujus, quem Cremonenses ædificare cæperunt anno 1188. De insigni victoria quam de Mediolanensibus hoc loro reportarunt pro Feder. pugnantes Cremonenses an. 1213. die Pentecostes v. Classe sequ. Oldoynum.

Fo-

Fodrius Antonius Maria (1889. CCLXII.) juris doctrina clarissimus, Caroli V. Imp. ad Italiae Principes saepe Legatus, ac demum Mediolani Praeses Magistratus Reddituum. Quae scripsit enumerat Arisius to. 2. pag. 34.

Fondulus Georgius (251. XLV.) medicum egit, & scriptis claruit. Graece & latine eruditus fuit. In mathematicis Janellum Turrianum juvit. Aris. to. 2. pag. 186.

Ghisius Martinus (532. LXXXVII.) Cremonensis. Ad medicam facultatem ita instructus accessit, & oris suavitate ita compositus, ut civibus acceptissimus nomen etiam, existimationemque finitimarum urbium brevi tempore fuerit consecutus. Pauca scripsit, quae publici juris fecerit. Hec tamen summorum virorum judicio probata Ghisii celebritatem firmarunt. Occasione Epistolae, quam Cremonae anno 1749. edidit de usu mercurii, epistola altera *Constitutionem epidemicam* anginae trachealis Cremonae grassantem an. 1747. & 1748. descripsit, & accuratissimis observationibus exitialem morbum primus Italorum luculenter patefecit, quod non fugit Hallerum, *W*ansvieten, Tissotum, & Jo. Bapt. Burserium, qui parte 2. tertii voluminis *Institutionum medicinae practicae, quas auditoribus suis* (Papiae) *praelegebat*; & typis imperialis Monasterii s. Ambrosii Mediolani edebat an. 1781. de praedicta *epidemica constitutione* verba faciens cap. 17. *de Angina tracheali the croup dicta* §. CCCCXXVIII. pag. 313. editionis in 8. haec habet. *Inter primos certe, & in Italia fortasse solus hujusce exitiosissimi morbi epidemice in urbe Cremona grassati accuratissimus observator Martinus Ghisius jamdiu* (observationes) *edidit .... Dabo operam, ut non pluribus, quam ipse auctor, verbis, idest summatim, quoad licet, rem comprehendam*.

Fere ad extremam Ghisius pervenit senectutem, atque ex conspectu moerentium civium morte decessit anno 1794. VI. non. Maii.

Goldonus Robertus (2229. CCCXIV.) ex Epitaphio.

Guarna Salernus Andreas (867. CXXIX.) Jacomatii nepos, feracis, & vividi ingenii vir librum eruditione, & lepore singularem edidit Cremonae anno 1511. *de Grammaticali bello Regum NOMINIS ET VERBI* summo plausu Reipublicae litterariae, quem pluries recuderunt Veneti, Helvetii, Galli, Germani. Legendus Arisius to. 2. pag. 29. & sequ.

de Guiscardis Bonifacius (282. L.) legum doctor, & Consiliarius Jo. Francisci Gonzagae Marck. Mantuae, ac XVIvir a secretis consiliis Ugolini Cavalcabovii Cremonae domini.

Lazzolus B. Georgius (609. XCIII.). Hunc Philosophum, ac Theologum insignem omni probitate, & Sanctimonia praeclarum laudibus efferunt Jac. Philippus Bergomensis, & alii coaevi scriptores quamplures. Congregationis

Auguſtinenſium Lombardiæ fundatorum unus fuit, eoque ſuadente Franciſcus Sfortia Dux Mediolani Templum erexit Coronatæ Virgini; quo in templo juxta Georgii ſepulcrum legitur hæc inſcriptio, HIC JACET BEATVS GEORGIUS DE CREMONA SACRÆ PAGINÆ PROFESSOR PRIMUS FUNDATOR HUJUS MONASTERII QUI OBIIT ANNO MCCCCLI. V. ID. SEPT.

Lucarus Nicolaus (1300. CLXXVI.) poeta, & orator facundiſſimus. In ejus funere anno 1515. orationem habuit Jo. Jacobus Crottus, quam affert Ariſius to. 1. pag. 357.

Maggius Oldofredus (1270. CLXXII.). Ex epitaphio.

Mainardus Jo. Galeatius (417. LXVIII.) Juriſconſultus Coll. doctrina, probitate & prudentia cl. Scripſit libros quatuor de homicidio voluntario, & de injuriis. Cremona Oratorem illum miſit ad Franciſcum I. Galliarum Regem.

Mainoldus Galleratus Jacobus (492. LXXIX.) doctrina juris, & Reipublicæ adminiſtrandæ ſtudio, & integritate nulli ſecundus. Quum eſſet Matriti apud Philippum III. pro rebus Italiæ, Præſes Senatus Mediolanenſis ab eodem Hiſpaniarum Rege dictus eſt, quod munus adiit tota gratulante Inſubria. In ejus adventu encomia ubique perſonarunt poetarum carminibus, in quibus eminet *Decem civitatum Inſubriæ plauſus* Ticini 1604. quarum novem a Muſis animatæ erant, Phæbo eas modulante. Scripſit librum *de titulis Philippi Auſtriaci Regis Catholici*, *atque in ipſas titulorum ſucceſſiones tabulæ* editum Bononiæ anno 1573. A ſcriptoribus commendatur, Ruginello in tractatu *de Senatoribus*, Ghilino Elogia *virorum illuſtrium &c.*

Manna Petrus (1034. CXLIV.) Mantuæ alumnus fuit Victorini Feltrenſis, Eloquentia, & eruditione claruit, quo in genere ſodalem habuit Gabrielem Concorigium, de quibus Franciſcus Prendilaqua in dialogo quo vitam texuit Victorini hæc habet: Gabriel Concorigius, ac Petrus Manna duo inter noſtri temporis Grammaticos ac Rethoricos probatiſſimi, alter Cremonam, Brixiam alter occupavere, maximoque diſcipulorum concurſu celebrantur. Platina qui vitam Victorini & ipſe elegantiſſime ſcripſit, quam ego Romæ edidi anno 1778. inter *Monumenta Cremonenſium*, Petrum Mannam *in lectione publica doctum & ſolleriem* appellat, & Jacobi Caſſiani Cremonenſis mentionem facit, quem Prendilaqua in phiſicis, & mathematicis, in dialecticis magnum defuncti Præceptoris Victorini locum tenuiſſe ſcribit. Obiit Manna anno 1484. Habitus eſt *vir ſummæ eruditionis* (inquit poſt Prendilaquam, & Platinam Julius Tateſius *de Nobilitate*) *inſignis grammaticæ & rethoricæ propugnator, ac multiplici doctrinarum ubertate refertus, ad quem confugiebant ex ultimis Ciſalpinæ Galliæ partibus magnorum Principum filii erudiendi.*

Manna

Manna Kataldus (490. LXXIX.) linguarum græcæ, chaldeæ, & hebraicæ peritiſſimus fuit, ſed illuſtrior philoſophus, & phiſicus, cujus ſcripta Ariſius enumerat to. 1. pag. 401.

della Manna (1271. CLXXII.) ex Epitaphio.

Manna Angelus (2087. CCLXXXIX.) floruit ſæc. XV. phiſicus magni nominis. Scripta reliquit poſteris apud Aris. to. 1. pag. 330. Ob. an. 1495.

Marianus Franciſcus (953. CXXXV.) genere & virtute clarus docuit Ticini, medicum egit, ſcripſitque de morbo gallico, de balneis & de febribus. Ex Ariſio to. 2. pag. 84.

Merula Peregrinus (1814. CCLI.) Rector Eccleſiæ s. Nicolai, pius, & eruditus ſcriptor, qui omne ſtudium omnemque operam in eo impendit, ut chriſtianos populi mores efficeret, & religionem firmaret, & augeret. Scripſit librum hiſtorica, & pia eruditione refertum tit. *Santuario di Cremona* editum anno 1627., cujus initio habetur elenchus librorum, quos edidit, atque editurus erat, ſi diutius vixiſſet.

Moriſius Homobonus (2226. CCCXIV.). Jo. *W*olfangus Freymonius in Elencho juris utriuſque Scriptorum Francofurti ad Mœnum anno 1575. refert *Homoboni Cremonenſis Repetitiones in l. 2. de Alimentis publice præſtandis*, eumque vocat Hermenzonum. Alia hujus juriſprudentiæ profeſſoris clariſſimi ſcripta perierunt. Hanc jacturam doluit Jo. Jacobus Crottus in Oratione pro Franciſco Sfondrato in Coll. j. c. recepto anno 1520. hæc ſcribens: *Homobonus Moriſius Jurisperitorum excellentiſſimus Cremonenſem Accademiam ſua tempeſtate omni doctrinarum genere ferventem plurimum clarificavit, cujus volumina tincearum eſcam, quod magnopere dolendum, extitere. Vix memoria tanti Patris, qui vivus totam fere mundi machinam ſuo nomine compleverat, ſaxoſis titulis ſervata eſt, qui ſemicorroſi in Templo Gulielmi Cælicolæ ruinoſo extra urbis mœnia, cineres illius reconditos viatori ſedulo indicant. Certe muti Majores noſtri ſimul, & ingrati fuere omnes, qui nec ſcripta Homoboni per externos relata, ad minores ſuos transmiſere, nec ſaltem cognomen illius alicui litterarum ſcripturæ vivaciori demandavere, famam tam cæleſtis viri ſoli ſepulcro quandocumque perituro committentes. Duo tantum celebratiſſimi ſcriptores exteri per me viſi, Albericus Roſatus, & Jo. Andreas opiniones Homoboni ſuis monumentis inſerentes, eum ab injuria mortalitatis vindicarunt.* Ex Aris. to. 1. p. 111.

Offredus Homobonus (494. LXXX.). Hujus in re medica tanta fuit ubique nominis celebritas, ut Cremonenſis Hippocrates merito appellaretur. Artes ſcientia, & litteris partæ ad bonum Reipublicæ, generis claritatem augere conſueverunt. Vulgus divitias cupidus admiratur, & effert; Sapiens, divitiarum uſum.

Offredus Elifeus (2060. CCLXXXV.) Homobono & celeberrimo Apollinari de Offredis multo antiquior, medicus & ipfe, philofophus & aftronomus. Scripfit *de vita confervanda*, *de Variolis* &c. ex Breffiano.

Oldoinus Tydeus (1015. CXLI.) jurifprudentiæ laude clariffimus. Comes Palatinus a Maximiliano Imp. declaratus fuit, & Senator a Francifco *II.* Sfortia Med. Duce, quo in munere probatus a Carolo V. Imp. diem claufit extremum. Scripfit *de effectu Sententiarum*, *& de officio Pretoris*.

Pellizzarius Alexander (1993. CCLXXV.) doctor in utroque jure, & Archipresbiter Ecclefiæ maj. fcripfit italicæ de natura hominis, de humanæ vitæ miferiis, de Nativitate Chrifti &c.

Perficus Gherardus (189. CCLVIII.) jurifconfultus doctiffimus, & Confiliarius Federici II. Imp., qui illum cum Maphæo de Summis legatum mifit ad Concilium Lugdunenfe tempore Innocentii IV. Rom. Pont.

Perficus Ifachinus (2079. CCLXXXVII.) in Collegio JCtorum doctrina & fcriptis claruit. Dignitatibus ornatus, & Primatum Italiæ favore potens Rempublicam juvit.

Perficus Miliolinus (2085. CCLXXXVIII.) ex Epitaphio.

Perficus Comes Brocardus (849. 850 CXXV.) Caffani marchio, & eques Hierofolymitanus avorum Sablonetæ comitum virtutem imitatus fcriptorum teftimonio apud Arifium to. 1. pag. 286. ad 293. floruit a Philippo II. Hifp. rege militibus Infubriæ Præfectus, Gubernatoris Alexandriæ munere donatus, & legatione ad Pium IV. Pont. Max. Obiit Mediolani an. 1571. fed Cremonam translatum cadaver in facello quod ipfe ss. Jo. Baptiftæ & Catharinæ m. extruxerat in templo s. Dominici humatum eft.

Piafius Baptifta (489. LXXIX.) in univerfa philofophia præceptorem habuit multis nominibus celebrandum Apollinarem Offredum. Fama doctrinæ Ferrariam accitus philofophiam & Aftronomiam magno plausu docuit. Laudatur a Hieronymo Vida Albæ Ep. actione 2. Vifendum marmoreum forma & fculpturis fumptuofum illi erectum maufoleum in facello s. Nicolai Auguftinenfium.

Plazonus Dionyfius (1988. CCLXXV.) Eloquentiam docuit in patria bonarum artium cultor, græciæ & hebraicæ eruditus. Scripta reliquit litteris addifcendis utilia.

Ponzonus Sigifmundus (1007. CXL.) legum doctrina excelluit, eumque Parifienfes admirati funt e Cathedra differentem regnante Ludovico VII. Scripfit Commentarios in Codicem Juftiniani.

Ponzonus Jacobus (728. CVII. 743. CIX.) nobilium JCtorum Collegio ad-

adſcriptus claruit. Mantuæ omnium plauſu Præturam geſſit. Maximilianus Mediolani Dux illum à ſecretis habuit, & equeſtri dignitate ornavit. Quæ ſcripſit refert Ariſius to. 2. pag. 351.

de Rangonibus Antonius (972. CXXXVI.) *inſignis philoſophus & doctiſſimus juriſconsultus de Collegio, advocationibus perquam clarus. Poſteris reliquit legales conſultationes, & tractatus philoſophiæ moralis. Aris* t. 1. pag. 286.

de Ripariis Jo. Bapt. (2244. CCCXVII.) juriſprudentiam publice docuit, & Bononiæ ſedit judex Criminalium, ediditque Conſilia legalia.

Saccha Martinus (1644. CCXXXVII.) juriſconſultus, a Conſiliis Federici II. Imp. & legationibus illuſtris. Ex epitaphio.

de Sanctopetro Albertinus (1011. CXL.) medicus & philoſophus, Ferrariæ publicus profeſſor, & Eſtenſibus cariſſimus. Scripta edidit *de cauſis caloris, an medicina ſit ars vel ſcientia &c.*

Schitius Vandinus (248. XLV.) in Epidauro floruit a Secretis Reipublicæ. Ex Epitaphio.

Schitius Fulchinus (53. XII.) egregius miles, & Juriſperitus ex Epitaphio. Ariſius to. 1. pag 159. addit priorum vicecomitum Mediolani a Conſiliis illum fuiſſe, eidemque tribuit, *ut fertur, ſcripta ſatis erudita.*

de Scoalochis Ugolinus (2228. CCCXIV.) juriſprudentiæ laude floruit Aſtenſis urbis Præfectus, tum Genuæ Prætor. Noſocomium extruxit s. Lazari in suburbiis pro leproſis, aliiſque infirmis, ut habet inſcriptio.

de Segaphænis Jambertinus (1009. CXL.) juriſconſultus & philoſophus, & ſcriptor non vulgaris Ariſio teſte.

Sfondratus Matthæus (1852. CCLVI.) cl. philoſophiæ, & Aſtrolog profeſſor. Ex Epitaphio.

de Stanghis Gaſparinus (606. XCIII.) Cremonæ Legum doctor, & Ferrariæ Judex. Scripſit Problematum legalium libros VI. aliaque apud Ariſium to. 1. pag. 169.

Stanga Zanebonus (1855. CCLVII.) legationibus ad Principes illuſtris. Ex epitaphio.

Straccius Theodorus (641. XCIX.) in Ordine Carmelitarum illuſtris doctrina & dignitatibus.

Summus Franciſcus (481. LXXVII.) juris profeſſor Bononiæ & quadriennio Judex. Ariſius to. 1. pag. 166.

de Summo Cinelus (39. XII. 632. XCVII.) Canonicus anno 1352. & ſolus *Maſſarius* Templi maj. Vitas ſcripſit Epiſcoporum Cremonenſium, & Originem ſacrarum Ædium.

Suza-

Suzarius Guido (1017. CXCII.) jurifconfultorum fuææatis facile princeps, cujus fcientia, ait Jo. Jac. Crottus in Oratione ad Francifcum Sfondratum, univerfo terrarum orbi notiffima eft. Bartoli præceptorem fuiffe fcribit Julius Tartefius *de Nobilitate*, additque Suzarium diu Cremonæ docuiffe, diemque obiiffe fupremum, cujus fepulcro in æde Di. Gulielmi pofitum epitaphium FF. Prædicatores fecum in urbem attulerunt. Arifius Suzarium refert ad an. 1270., ejufque fcripta enumerat to. 1. pag. 126. Petrum habuit filium, qui & ipfe jureconfultus obiit Cremonæ tefte Julio Tartefio, cujus fepulcro in ipfa æde Di. Gulielmi auctor ænigmaftes hæc infcripfit *Febre carens febre concutitur* &c. num. 2225.

Quod Suzarius Bartoli præceptor fuerit, intelligi non poteft, nifi Tartefius indicare voluerit a Bartolo perluftratos Suzarii libros. Suzarius enim Regii Lepidi docebat anno 1270. , ut Arifius fcribit: Bartolus vero Perufiæ doctorem habuit Cinum Piftorienfem, obiitque anno 1356. Verius eft, Bartoli præceptorem initio fuiffe Usbertum Foliatam Cremonenfem, qui *primus Perufii aperuit gymnafium juris civilis*, ut fcribit Cavitellus ad annum 1303. cui concinit Jo. Jac. Turrefinus.

Tartefius Marcus Paulus (748. CIX.) græce, & latine eruditiffimus docuit Cremonæ magno difcipulorum concurfu. Ære publico funus illi decretum anno 1560. Legendus Arifius to. 2. pag. 243. Cavitellus fcripfit *Marcus de Paulis cognominatus Tartefius Rhetor clariffimus*. Tartefii ætate floruit Cræmonæ eruditio, & Latii elegantia. Ex illius difcipulis Hieronymus Faballus Rhethor eloquentiffimus eidem fuffectus, laudem magiftri eft æmulatus.

Trecchus Cornelius (358. LX.) fapiens, & eruditus, virtute & dignitate potens Anno 1128. *inter Confules geffit principatum*, quem domini nomine fignificat infcriptio.

de Valcarenghis Paulus (390. LXV.) de re medica, & de patria optime meritus, quæ Collegium medicorum ejus opera reftitutum vidit, antiquo gaudens honoris titulo, quo Phifici eidem Collegio adfcripti Comites palatini, & Equites habentur. In celebritate verfatus Valcarenghus Papiæ Theoreticen primo loco docuit, tum Clinicen Mediolani in Gymnafio Palatino, quo tempore externus homo in Mediolanenfe nobilium phificorum Collegium receptus fuit. Inftitutum fcientiarum Bononienfe, Botanicæ Florentinum, aliæque Accademiæ focium illum habuerunt. Editis libris major illi parta laus. In his doctrina, & utilitate eminet *Medicina rationalis adaucta*, *epidemicam Cremonæ* plurium annorum *conftitutionem complectens*, addita difertatione *De vera praxi medicis neceffaria, & egrotis utili, & de aortæ aneurifmate* Cremonæ 1737. 1742. *Specimen practicum*,, quod artis caput eft, *de præcipuis febribus* anno 1761. dedit ad

Vin-

Vincentium filium, qui patris vestigia secutus floret & ipse comes, & eque ejusdemque Flor. Accad. Socius, Regia etiam delegatione donatus facultatis medicæ Cremonæ rite servandæ, ac promovendæ, regioque mandato de Nosocomii rebus ad populi valetudinen dirigendis.

Valvasorius de Argenta Jo. Franciscus (1016. CXLI.). Hujus doctrinam in jure cum eloquentia, & gravitate conjunctam produnt scripta quæ Arisius enumerat to. 2. pag. 86.

Vaselus Matthæus (610. XCIV.) medica arte prestans ex Epitaphio.

Vernatius Lucas (1546. CCXIV.) Judicum Collegio adscriptus doctrina & eruditione claruit. Joannes Jacobus Crottus Oratione sæpe laud. ad Franc. Sfondratum Vernatium vocat terrestre civitatis nostræ oraculum. Nota esse opera, quæ edidit, scribit Arisius, enumeratque.

Vicecomes Gulielmus (1318. CLXXIX.) professor rei medicæ Vindobonæ claruit. Philosophum & Astronomum egit. *Scripta* posteris reliquit utilia.

Vida Marcus Hieronymus (1660. CCXXX.) Nobile nomen. *Donec Minciadem jactabit Mantua vatem, jactabit Vidam clara Cremona suum.* Gudius.

Zava Franciscus (1181. CLXII.) Marci Pauli Tartesii alumnus studio bonarum artium præstans. Cremonæ, & Cremæ ære publico eloquentiam docuit. Orator & poeta egregius plura scripsit, ediditque Cremonæ usque ad annum 1591. quo typis prodiit ejusdem Gratulatio, Cremonensium, nomine in adventu Cæsaris Speciani Episcopi. Inscriptio solum nomen habet cum anno 1602. quo fortasse obiit.

Zucchus Franciscus (1015. CXLI.) doctrina juris, & eloquentia præstans, ut testantur quæ posteris scripta mandavit. Arisius to. 1. pag. 346.



CLAS-

CLASSIS VI.

Qui Martem fecuti, bellicæ virtutis, & rerum geftarum laudem meruerunt.

QUum infcriptiones non pauca fervent illuftria bellatorum nomina, fimulque dignitates fuperiorum temporum memorent Prætoris, Confulis, Vexilliferi, Confinonerii populi, Cræmonæ domini, opere pretium effet varium & turbolentum populorum Italiæ, aut faltem Cifalpinorum fæc. *XII.*, & XIII. regimen exponere Guelphæ etiam, & Ghibellinæ factionibus obnoxium. Celebrem Longobardorum confederationem an. 1166. narrat Carolus Sigonius, qui hanc hiftoriæ Italiæ partem ita fcripfit, ut diligentia defiderari major non poffit. Cl. Ludovicus Muratorius quinque de hac re difertationes to. 3. antiquitatum Italiæ medii ævi dedit eruditis, atque monumenta quamplura veluti e latebris educta difertatione 48. protulit Sigonio addenda. Carolus tandem Denina in hiftoria Viciffitudinum Italiæ (Rivoluzioni d' Italia) eruditis probatiffima Auguftæ Taurinorum edita anno 1769. omnia ordine, rerum ponderatione, & judiciorum gravitate ita complexus eft to. 2. lib. XI. & XII., ut legentibus voluptatem pariat, & utilitatem. Quod tamen ad rem noftram attinet notare hoc loco fatis eft, Cremonam inter tot Republicas extitiffe, quæ in Italia ea ætate ortum habuerunt. Quum autem homines ambitione femper, & auri fame jactentur, bellorum unius cum finitimis civitatibus finis nunquam erat. Contigit etiam, ut liberarum urbium dominio, potentiorum unus, modo Guelphæ, modo Ghibellinæ factionis potiretur, ut accidit Cremonæ, aut etiam plurium dominus effet conftitutus, ut de Oberto Pallavicino (hiftoricis Pelavicino) ex Sigonio, & Muratorio narrat Denina, qui Oberto Ghibellinorum Principi obtigiffe fcribit dominium Cremonæ, Brixiæ, Mediolani, & Placentiæ circa annum 1260. Hæc leviter delibare neceffe fuit, ut patriæ noftræ aliquo modo viciffitudines attingantur, quas infcriptiones indicant. Cæterum bellis, vaftationibus, diffidiis popolorum & urbium tribus fere feculis afflictata Italia fuit.

Ala Nicolaus (33. X.) bellator celeberrimus a Philippo IV. Hifp. rege muneribus, honoribus, titulis ornatus. Illi denato Cremona folemni funere parentavit primis comitantibus Ordinibus magna populi frequentia, eidemque elatum marmoribus fepulcrum decrevit anno 1652.

Baldefius Johanninus (2140. CCXCVIII.). Hujus militis fama Cremonæ peritura non eft. Henricus imperatoris Henrici filius anno 1082. obfidebat Cremonam, *poftquam fe vindicaverat in libertatem, quia recufabat pendere cenfum pilæ aureæ fex librarum, quam Imperio romano quotannis pendere tenebatur.*

Jo-

Johanninus Baldesius ex oppidanis Casalis majoris agri Cremonensis, juvenis impiger, & signifer supremus Cremonensium, vel acie ad prælium instructa obsidentes fugavit, vel singulari certamine indicto ad litem dirimendam, pactione utrinque firmata, de Henrico victor evasit, ut Cavitellus *conjicere potuit ex memoria facta super quodam fragmento* ad an. 1082. quo facto Henricus Cremonam *a censu immunem dimisit*. Eventum hunc rejiciunt nonnulli, quibus certamen illud singulare fabulosum videtur. Sed non sequitur illico negari factum, quo Cremonenses strenui Baldesii ope, victoriam de Henrico reportarunt. Monumenti loco perpetuam facti memoriam servant ipsa civitatis insignia. Habent enim in vertice elatam manum cum cubito, quæ pilam gestat auream in signum victoriæ. Addo morem apud Cremonenses antiquissimum confingendi singulis annis prælii imaginem quamdam imi populi concursu in foro maj. cujus veluti dominio quodam gaudebat Vespere pervigilii Assumptionis B. M. V., quæ solemnior est Cremonensium festivitas. Ad solis occasum vini latoribus omnibus incumbebat, ut loco adessent. Hi dato signo, aquam cado ferentes humeris, & manu hastam gestantes, cujus aspectu, si opus esset, ludo finis imponeretur, plateam irrigabant. Interea marmorea Baldesii statua, ac si victor ipse acclamaretur, *exornabatur* Pistorum expensa, *vestimentis coloris rubri, & albi, secundum insignia civitatis*, in memoriam victoriæ, qua Baldesius civitatem solvit a prædicto censu libr. sex auri. Morem hunc popularis libertatis, & lætitiæ, ego a parvulo, dum Cremonæ fui, non semel ipse vidi. Jam tum imminuta erat confícti prælii forma, quæ hac ætate penitus exolevit.

de Benavides Aloysius. Inscriptiones in Arce & ad portam Mosiam (2147. CCXCIX. 2167. CCCIII.) bellicam hispani hujus militis virtutem merito extollunt. Conatus omnes Gallorum, Subalpinorum, & Mutinensium Cremonam obsidentium irritos fecit a die 22. Julii ad 15. Octobris an. 1648. quo die eosdem in fugam se dare coegit. Hujus rei memoria quolibet anno die ipsa celebratur signo civibus dato singulis horis e turre maj. æris pulsu festivo.

Graminea honoris corona Aloysio de Benavides a Cremonensibus tributa *Obsidionalis* erat apud Romanos. Eam accipiebant bellatores a civibus, quos ab obsidione liberassent, & gramine erat intexta ejus loci, ubi obsessi servati fuerant, eratque summum victoriæ signum. Hac simplicitate honores omnes victori cives publice habebant. Cornelius Nepos de Thrasibulo hæc scribit: *huic pro tantis meritis honoris corona a populo data est e duabus virgulis oleaginis, quæ, quod amor civium, non vis expresserat, nullam habuit invidiam, magnaque fuit gloria.*

Burgus Maxonerius (1866. CCLIX.) supremus Cremonensium Vexillifer tempore Uberti Pallavicini Gibellinorum Principis. Cavitellus ad annum 1250. scribit Uberto ipso Prætore, ac Duce Maxonerium cum electa Cremonensium

manu prælio superasse Parmenses, eorumque currum (carroccio) cum insigne tauri Cremonam deportasse. Laudæ Pompejæ Prætor fuit prudentiæ, & rectitudinis judiciorum laude probatissimus.

de Cavalcabobus Guilelmus (605. XCIII.) Guelphorum armis bellicæ virtutis gloriam ita est assecutus, ut Cremonæ imperium obtinuerit an. 1312.

de Cavalcabobus Ugolinus (485. LXXVIII.) Guelphæ factionis princeps accedentibus miro consensu Parmensibus, Brixianis, Bergomensibus &c. pulsis Ghibellinis, universæ civitatis plausu Cremonæ dominus declaratus est anno 1399. bello non minus quam pace clarissimus.

Dovaria Albertus. (1847. CCLVI.) Legatus Cremonensium in Germaniam ad Federicum II. Imp. cum Surdo, Zanebono, & Persico. Cavitellus ad an. 1212. Cætera habet inscriptio.

Dovaria Bosius (1850. CCLVI.) Ghibellinorum factionem adeo fovit, & auxit, ut cum Oberto Pallavicino, & Enzelino princeps eorum dici potuerit, de quibus legendus laud. Denina. Armis undique Bosius certabat, eoque pervenit, ut ope Enzelini de Romano, ait Cavitellus ad annum 1251. *dominium Cremonæ ea parte, quæ urbs vetus erat, sibi vendicavit post Uberium Pallavicinum.* Addit Innocentium IV. Rom. Pont. post obitum Federici II. Imp. in Italiam redeuntem *Laudenses, quia adhæsissent Dovariæ, interdixisse sacris ecclesiasticis.* Idem Cavitellus ad an. 1269. narrat, *Bosium Dovariam per Guelphos occisum.* Cremonenses, ut ex Turresino scribit Arisius to. 1. pag. 122. postquam Dovaria a Citanovis expulsus fuit, ejus nomen publice delendum decreverunt, conditis aliis statutis anno 1281. Vercellensem Præturam gerebat anno 1385., ut refert Arisius ex ejusdem urbis statutis, unde annus in inscriptione videtur emendandus. Prætor eo tempore vir erat potens toga, & armis, ut alibi notavimus.

de Fois Gilbertus (1392. CXC.). Vasconia egressus vexilla Christianorum secutus Dux militum pugnavit in Syria, & dum reverteretur, obiit Cremonæ anno 1100., cujus sepulcri lapis sculptum habebat *insigne trium bouum cum leone habente pedem lævum erectum cum tribus foliis lauri attestantibus eum habuisse tres victorias in Damasco, & Hierusalem.* Cavitel. ad an. 1099.

Guarna Jacomatius Salernitanus (866. CXXVIII.) vir summæ virtutis, quam memoriæ posterorum tradit inscriptio sine mendacio. Nam quæ in ea leguntur auctores habent Simonetam *de rebus* gestis Francisci Sfortiæ, Laurentium Spiritum Perusinum, Bernardinum Corium, Cavitellum nostrum &c.

Oldoynus Lanfrancus (2199. CCCIX.) adeo insignem de Mediolanensibus victoriam reportavit an. 1213.. ut accursis cælitibus vulgus eam tribuerit. Cum enim utraque parte in campis *Botcsinæ*, nunc *Battaliæ* die 2. Junii accerrime pugnante, ad Mediolanenses victoria propenderet, Natalienses (a porta Natali, quæ erat regio urbis a vicinia s. Petri ad viciniam s. Michaelis) duce

Ol-

Oldoyno irruperunt in aciem Mediolanensium, *qui dederunt terga Cremonensibus, qui eos insecuti fuderunt, ex illis multo numero occisis, ac captivatis quinquecentum equestribus, & sex millibus peditum cum eorum curru custodito per Placentinos, quibus circumdatus fuerat, & ducto Cremonam, & reposito in æde Cathedrali.* Cavitel. ad an. 1213. Anonymus Patavinus monachus s. Benedicti *de rebus Insubriæ* &c. hanc victoriam refert, atque his verbis finem facit: *Ex illo itaque tempore fama Cremonensium est per populos divulgata; virtus etiam eorum, & audacia tanti triumphi est præconio plurimorum augmentata.* Armis pugnatum a ss. Petro & Marcellino, vulgata visio fuit, quam Republica lactandam putavit, jussitque, ut ipsa ss. Petri, & Marcellini festivitas transferretur ad diem 2. Junii, quod Cremonenses usque ad hanc ætatem servant, tantæ victoriæ memoriam recolentes.

Pellicciolus Baptista (1828. CCLIII.) Laurentio Ursino, & Principe Bozuli Cremonam obsidentibus, urbis præsidio erat cum Georgio Gonzaga, & Francisco Salamonio Pellicciolus bellator invictus. Hostes licet *quassatis, & apertis mœniis tormentis bellicis, superventis pluviis, urbe potiri diffisi, eam deseruerunt die 9. Octobris.* Cavitellus ad an. 1523. Accidit ea fortasse occasione, ut Pellicciolus ictu globuli occumberet, ut narrat inscriptio, quæ errore amanuensium, vel lapicidæ, habet annum 1515.

Picenardi Sebastianus, Jo. Bapt. & Sfortia (868. CXXIX.) strenui militum duces, bellica virtute, & innumeris victoriis illustres.

Ponzonus Ponzinus (726. CVI.) in Republica administranda jurisprudentia, & armis clarissimus. Æmulum in urbis imperio Jacobum Cavalcabovium modo victorem habuit, modo victum. His contendentibus Ludovicus Imp. Cremona potitus est, qui tamen Ponzonum voluit a secretioribus consiliis. In Germaniam rediens Regi Bohemorum imperium dedit Insubriæ, qui Cremonæ regium Vicarium pariter dixit Ponzonum.

Alios strenuos milites quamplures bellica virtute præstantes, patriæ defensores, Principibus acceptos, honoribus donatos, lapides produnt. In his

Ala Alariolus, & Quintilius 2081. 2082. CCLXXXVIII. Antonius 2260. CCCXX. & Jo. Franciscus 32. X.

Aribertus Alariolus 1833. CCLIV.

Burgus Nicolaus 1927. CCLXVII. & Ludovicus 2017. CCLXXIX.

Faliva Alexander 2043. CCLXXXII.

Fraganiscus Bernardinus 360. LX.

Maggius Julius Cæsar 1643. CCXXXVII. & Petrus 1652. CCXXVIII.

Pallavicinus Guillelmus 276. XLIX. & Orlandus 237. XLIII.

Persichellus Thomas 1783. CCXLVII.

Roccius Troilus 2256. CCCXIX.

Specianus Jo. Bapt. 244. XLIV.

Stanga Ubertinus 1848. CCLVI.

Zamudio de Ollauri & Salazar Joannes 1375. CLXXXVIII.

CLASSIS VII.

Artium Periti.

ALbertus Carrariensis Faber marmorarius 139. XXVII.

Amadeus Jo. Bapt. Sculptor 1482. CCVI.

Amico Thomas Faber marmorarius 71. XIX.

Anguissola Pictrix 1326. CLXXX.

Barberinus Jo. Bapt. Plastes 514. LXXXVI.

Bembus Pictor 1211. CLXV.

Boccaccinus Boccaccius Pictor 104. XXII.

Bonino Mag. de Campidono Fab. marmor. 53. XIV. 216. XL.

Bragerius Bertolinus Faber cæmentarius 69. XIX.

Campus Julius Pictor & Architectus 119. XXIV. 265. XLVIII. 1768. CCXLV.

Campus Antonius Pictor & Archit. 1890. CCLXII.

Campi Galeatius, Julius, Antonius & Vincentius 1796. CCXL.

de Caperio Jacobus Faber cæmentarius 69. XIX.

Divitioli Jo. Bapt. & Jo. Franc. Horologiorum artifices & Matheseos peritiss. 171. XXXI.

de Ferrariis Antoninus Pictor 1610. CCXXII.

Gatti (Sojaro) Bernardinus Pictor 218. XLI.

de Gattis (Sojaro) Gervasius Pictor 1682. CCXXXIII.

Lathoni Albertus Architectus 174. XXXII.

de Malojo Jo. Bapt. Architectus 846. CXXIV.

Malosso v. Trottus.

Natali Carolus Architectus 198. XXXVIII.

Pampurinus Alexander Architectus 113 XXIII.

Paroni Jo. Bapt. Architectus 1805. CCL.

Pla-



IV.

Res gestæ quæ lapidum monumentis memoriæ posterorum sunt demandatæ per titulos distributæ.

TIT. I.

Ædificia sacrarum ædium domorumque utriusque sexus religiosis Ordinibus adscripti.

Templum majus Templi maj. fundamenta an. 1107. 74. XX. Primus a Gualterio Episc. positus lapis 194. XXXVII.

Solemnis ejusd. consecratio a Sicardo Caselano Episc. an. 1190. Henrici Regis Italiæ præsentia, & Episc. Placentini & Mantuani 195. XXXVII. Denuo consecratum templum a Cæsare Speciano Episc. an. 1592. 145. XXVIII.

Ala ad Septentrionem ædificata an. 1342. oblationibus & redditibus *Cepi* (vicus erat prope urbem) & custodiæ plateæ *Maxario* Cinelo de Sumo. 39. XII.

Porta ad Septentrionem constructa an. 1388. a *Maxariis*. 69. XIX.

Ædificium circa chorum perfectum an. 1479. a *Maxariis* 70. XIX.

Chori sedes ligneæ opere tessellato affabre elaboratæ an. 1489. a Jo. Maria Platina jussu Fabr. Præf. 22. VIII.

Ejusd. templi frons maxima excitatur an. 1491. 196. XXXVII. Marmoreis ornamentis aucta 139. XXVII.

Porticus antiquior elevatur an. 1497. 164. XXX. Aliis Porticibus ornata facies a Fabr. Præf. 148. ad 163. XXVIII. & sequ.

Duo in ala maj. testudines extructæ an. 1511. a Fabr. Præf. 113. XXIII.

Superior Canonicorum domus an. 1535. constructa a Fab. Præf. 147. XXVIII.

Odea duo ad dexteram & lævam Aræ max. an. 1563. inchoata & perfecta a Fab. Præf. 23.\ 24. VIII. Prægrandis a Julio Campi an. 1567. depicta tela ad organi operimentum jussu Fabr. Præf. 119. XXIV.

Vas

Vas aquæ luſtralis elevatum ad portam meridionalem an. 1517. a Fab. Præf. 63. *X*VII.

Sacrarium an. 1604. translato Sacello S. Benedicti, ædificatum a Fabr. Præf. 199. XX*X*VIII. & anno 1605. perfectum a ſucceſſoribus.

Picturæ in lat. dextro alæ maj. an. 1529. 218. *X*LI. Pro cæteris vide Inſcriptiones in ſuperioribus epiſtyliis a 103. ad 119. *X*XII. Reſtitutæ & exornatæ an. 1573. 197. X*X*XVII. Iterum in pulvere latentes, an. 1642. accurate deterſæ 198. *XXX*VIII. Demum antiqui graphidis veſtigia in lucem educta an. 1747. 1748. 17. VI. Geſta hæc omnia a Fabr. Præfectis.

Fornix ædis ſubterraneæ an. 1606. extructus a Jo. de Malojo archit. 846. C*XX*IV.

Tholus in faſtigio fornicis Baptiſterii, ſuperpoſito Angelo Crucem geſtante, erectus an. 1370. a Maxariis. 193. *XXX*VI. *Baptiſterium*

Fornicatum Baptiſterii tectum an. 1489. plumbeo tegmine illuſtratum a Fab. Præt. 184. *X*XXV. Reſtauratum an. 1625. 2242. CCC*X*VII.

Marmorea vaſis aquæ luſtralis moles, extructa an. 1527. a Fab. Præf. 185. XXXV.

Palatium Epiſcopale erectum, & aucta bona Epiſcopi a Jo. Bono de Geroldis Ep. 182. *X*XXV. Ejuſd. Palatii pars in Foro piſcario a Cæſare Speciano Epiſc. anno 1599. extructa. 281. X*X*XIV. *Ædes epiſcopales*

Sacellum in eodem Palatio tit. s. Stephani olim erectum & conſecratum ab Oberto Epiſc. inſtauravit, & denuo conſecravit Nicolaus Sfondratus Card. Epiſc. poſtea Greg. XIV. 178. XXXIV. Refectum elegantiori forma ab Alexandro Litta Epiſc. 179. XXXIV.

Veteribus dirutis an. 1793. novas ampliſſimasque epiſcopales ædes a fundamentis excitavit Homobonus Offredus Epiſcopus Ind. 1. pag. 7.

Antiquior Templo maj. proxima a fundamentis excitatur an. 754. Primum lapidem poſuit Silvinus Epiſc. Crem. 167. XXX. In excelſa de qua locuti ſumus in I. Indice pag. 6. columnæ ſuper faſtigium operis quadrati an. 1686. refectæ 172. XXXI. Pila ænea in ſummo turris cum baſi marmorea ictu fulminis dejecta an. 1495. reſtituta 174. XXXII. Crux ænea in vertice pilæ anno 1602. elevata 173. XXXII. Porta qua itur ad turrim an. 1514. marmore extructa 168. XXX. Horologium publ. in eadem turri inceptum anno 1582. & anno ſequ. perfectum. 170. XXXI. *Turris major*

Templi s. Abundii fornices an. 1468. conſtructi, & ſacella ædificata 279. L. *Templum s. Abundii*

Ædes

CXXXVII. Julius Oldovinus legato aliquid addidit. 990. CXXXVIII. Ornavit vero opere albario, & picturis unus ex Cœnobii alumnis an. 1646. 983. CXXXVII. Templum ipsum Cæsar Specianus Crem. Episc. anno 1612. solemniter consecravit die 13. Oct. 825. CXXII. Testudinem cum Ara in dextera ejusd. Templi ala Nicolaus Fer. anno 1505. extruxit. 989. CXXXVIII.

Ædem s. Donati anno 1493. instauravit una cum tribulibus Clemens Lanzonus. 1051. CXLV. *s. Donati*

Divo Eligio ædem erexit Collegium Aurificum anno 1620. & anno 1776. fornicem extruxit 1061. 1062. CXLVII. *s. Eligii*

B. Facii ædes anno 1600. a Præfectis Noscomii maj. exornata 1083. CL. *B. Facii*

Templum s. Helenæ Benedictus Alphenus Cremonæ Episc. *suis propriis expensis* ædificavit & primum in fundamentis lapidem posuit anno 1360. die 17. Maii 1336. CLXXXI. Joannes Bapt. Piso Brambilla una cum tribulibus anno MDC. a fundamentis restituit 1322. 1323. CLXXIX. Cæsar Specianus Episc. an. 1606. consecravit. 1324. CLXXIX. *s. Helenæ*

Congregatio Carmelitarum Excalceatorum anno 1606. Templum excitavit SS. Himerii, & Theresiæ, primumque lapidem solemniter posuit die 13. Julii Cæsar Specianus Episcopus. 1391. CLXXXIX. *s. Himerii*

Fornix in templo SS. Ægidii & Homoboni an. 1472. a Philippo Benintendi Præposito extructus 1414. CXCV. Ejusd. templi facies anno 1602. refecta & exornata. 1423. CXCVI. Templum ipsum restitutum, ornatumque anno 1754. ab Antonio Vicecomite Marcinagi Comite. 1404. CXCII. *s. Homob.*

Ædicula cum ara di. Homobono erecta in paterna ipsius domo anno 1706. a sodalitate ejus nominis. 1425. CXCVI.

Sacrarium Templi Ss. Jacobi, & Vincentii anno 1493. extructum 1428. CXCVII. Instauratum Templum, & consecratum an. 1594. a Cæs. Speciano Ep. 2245. CCCXVIII. *s. Vinc. mart.*

Domus tit. s. M. Magdalenæ mulieribus pœnitentibus, decreta quum Cæsar Specianus esset Episcopus: Monasterium vero prope eandem erectum a Jo. Bapt. Brivio Episc. pro virginibus Congregationis s. Joseph 1477. 1478. CCV. & ampliatum anno 1620. 1479. CCVI. *s. Joseph*

Templum s. Lucæ a fundamentis excitatur anno 1165. ab Od- *s. Lucæ*

dene Card. & Epiſc. Crem. 1608. CCXXII. Sacrarium ibidem anno 1415. ædificatum ab Aghinorio Aqualonga 1628. CCXXIV.

ss. Marcell. & Petri Templum SS. Marcellini & Petri impenſa Cæſaris Speciani Crem. Epiſcopi a fundamentis extructum, perfectumque. 1656. CCXXIX.

s. Margaritæ Ædes ss. Margaritæ & Pelagiæ VV. novis architecturæ operibus conſtructa, & Julii Campi picturis ornata anno 1547. a Marco Hieronymo Vida Cremonenſi Albæ Pompejæ Epiſcopo. 1660. CCXXX.

s. Mariæ ni Bethl. Anno 1652. reſtaurata ædes s. Mariæ in Bethlem 1684. CCXXXIII.

s. Marthæ S. Marthæ ædem, & Monaſterium ab anno 1548. ad 1608. erexerunt, & ampliarunt Moniales Angelicæ Ord. s. Auguſtini. 1694. CCXXXIV.

s. Matthæi Templum s. Matthæi a Griſogono Sardo Cremonæ Epiſcopo ædificatum de ſua pecunia. 1708. CCXXXVI.

s. Matthiæ Templum s. Matthiæ variis architecturæ, & picturæ operibus auctum ornatumque a Mondino de Caſſis Præpoſito 1714. CCXXXVIII. 1726. CCXXXIX. 1736. CCXXXX.

s. Mich. *Frontiſpicium* Templi s. Michaelis a Regentibus Charitatis anno 1641. reſtauratum 1744. CCXXXXI.

s. Monicæ Templum olim s. Salvatoris, nunc s. Monicæ ab Andrea de Raymundis ædificatum, & anno 1476. exornatum a Joanne, & fratribus quos tulit una domus. 1764. CCXXXXIV.

s. Nazarii Perſichellus s. Nazarii Eliſeus Rector, una cum Antonio Gadio, Joannino Breſſiano, Federico Burgo, & Gabriele Milio anno 1242. Templum ampliarunt. 1782. CCXXXXVII. & Hieronymus Marianus ſuo ſumptu anno 1617. in elegantiorem formam reſtituit. 1767. CCXXXXV.

s. Victoris Templum s. Victoris anno 1026. a Landulpho Epiſc. erectum poſt ejus reditum ad Cremonenſem Eccleſiam. 2032. CCLXXXI.

s. Angeli Templa ss. Coſmæ & Damiani (s. Angeli) & Vitalis familia de Ribaldis erexit anno 716. 384. LXIV. Addito tit. s. Geroldi Templum s. Vitalis anno 1575. fuit a Clericis Somaſchenſibus partim proprio, partim collatitio ære reſtauratum. 2046. CCLXXXIII.

Ædes olim ss. Hyppoliti & Gabrielis reædificata anno 824. expenſis Siniperti de Adobatis Cremon. civis & Epiſcopi. 2080. CCLXXXXIII.

Ædem

Ædem s. Ambrosii in Suburbiis Carolus de Gagliardis ab anno 1710. reædificavit. 2203. CCCX. *s. Ambrosii*

Templum ss. XII. Apostolorum in suburbiis anno 1248. Jo. Bonus de Geroldis extruxit, & anno 1717. Carolus Octav. Guaschus consecravit. 2207. 2208. CCCXI. *ss. XII. Apost.*

Præsules Canonici Eccl. Cathedralis Ædem s. Mariæ *del Campo* ex ære oblato in ampliorem formam a fundamentis extrui curarunt anno 1595. 2215. CCCXII. *s. Mariæ del Campo*

Templum cum coenobio s. Sigismundi religione, & munificentia Blancæ Mariæ Sfortia Cremonæ dominæ erectum, & redditibus auctum. 2218. CCCXII. *s. Sigismundi*

